




Musladini Sadi Rosarium politicum, sive Amoenum sortis humanae theatrum


<https://hdl.handle.net/1874/355077>





89


V. fo.

89









M V S L A D I N I S A D I
R O S A R I U M
P O L I T I C U M,

Sive

A M O E N U M S O R T I S H V M A N A E
T H E A T R U M,

De Persico in Latinum versum, necessa-
riisque Notis illustratum

A

G E O R G I O G E N T I O.

Collatum sit cum cod. missis,
& adscriptis passim vocum
Persicarum radicibus illustratum
ab Henrico Sikio.

Relando Sikius.



S. Raym.

A M S T E L A E D A M I,
Ex Typographo JOANNIS BLAEV.
c I o I o c l i.



и да умножат
мудрость я
мудрости
и да умножат
мудрость

отца оного



и мудрости
и наилучшего
из сего

v fol 89 c

Serenissimo & Potentissimo
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO

IOHANNI
GEORGIO,
SAXONIAE,
IVLIAE,
CLIVIAE
ET
MONIVM
DVCI.

LANDGRAVIO THVRINGIÆ:
MARCHIONI MISNIÆ
AC
VTRIVSQVE LVSATIÆ:
COMITI DE MARCA
ET RAVENSBVRG:
DOMINO IN RAVENSTEIN.
&c.
PRINCIPI ET DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO.

A V G V S T I S S I M E
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
ИИИАНОИ
PRINCEPS.

RO S A R I V M nullis
rectius , quam Princi-
pibus convenit : quia
R o s a tum vere fo-
lo & loco suo plan-
tata erit ; cum in celsa Principis
manu posita fuerit. Illa enim in-
ter flores ; Hic inter mortales Prin-
cipem locum tenet. Separati qui-
dem splendent ; juncti vero , ut
duo Naturæ Principes , fulgent , cer-

PRINCIPI ET DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO

tante in mutuos honores Naturæ & conjunctionis vinculo. ROSA tum natalium splendorem & stirpem refert, cum læta ex Principis manu, perinde ac rutilans de Cœlo stella, emicat. Nec ipsa hercle Natura, cum splendidus Vnio Vnioni acceſſerit, perfectiorem unionem facere, nec fingere possit. Inferiorum in manibus servitutem subit; &, ut Sol nubeculâ obductus, vel Adamas æri immiffus, non parum obscurari videtur. Præter spem & opinionem, cum patriis calamitatibus elapsus Orientem peterem, in ROSARIVM hoc incidi, cuius quidem deliciis delinitus patrias clades fortius sustinui. Sed cum inter ipsas ROSAS subinde oberrarem; ego illas, ut Solis splendorem: illæ vero me, ut Sol

Terræ obscuritatem , aspiciebant.
Videbar mihi æneus aliquis numus
inter aurea vasa forte illapsus : Imo
impar ipse , perinde ac macula R o-
S A R V M purpuram obscurabam, non
aliter ac infelix ille nigror, qui Lunæ
splendorem importuno suo confor-
tio non leviter obscuravit. Hoc
tam insperati confortii splendore
lætus pariter & sollicitus : quoties-
cunque enim ridentis purpuræ ma-
jestatem suspiciebam, lætus Deorum
munus venerabar , atque me ipsum
alieno splendore , perinde ac Lu-
nam Solis radiis relucentem mira-
bar. Cumque tam insolitus fulgor
& oculorum & mentis aciem per-
stringeret, fulgorem fugiens, umbræ
latebras quæsivi , non parum solici-
tus , quemnam tantis deliciis parem
indu-

inducerem , & cujusnam in solo tam
jucundum ROSARIVM constituerem ?
metuens ; ne si forte imparem in-
duxisset , eundem , ut quondam il-
lum , qui supremum locum superbe
occupaverat , ad inferiorem non tan-
tum relegarent ; sed ut nuptialem il-
lum hospitem , tanquam irreptitium
& male indutum aliquem solum ,
protinus exturbarent . Post ancipi-
tem deliberationem ; nulli loco re-
ctius convenire arbitrabar , quam
Germaniæ nostræ , cruentissimo tri-
ginta annorum bello exhaustæ . In
qua , nescio qui iniquissimi fuci la-
boriosis apibus , melle omni vel fero-
citer depasto , vel furtim ablato ; ni-
hil , præter inane apiarium , fecere re-
liquum : Adeo , ut mœstissima ejus fa-
cies lætum aliquod desiderare videa-

111

tur

tur ROSARIUM. Meus vero in Nobilissimum SAXONIAE Populum postulat amor , ut illi potissimum aliquod mœsti animi solatium conferam. Atque si verè dispexero , Tua AVGVSTISSIME PRINCEPS , incomparabilis virtus, antiquissimus stemmatis splendor ; fulgida Tua & Majorum tuorum longa serie in fortissimam SAXONVM gentem potentia atque Majestas tacito jure & magnitudine sibi vindicare videtur ; quod meus boni scilicet civis amor & obsequium vobis submisso animo offert. Nec sine causa , quando ad animum revocare soleo singularem populi SAXONICI felicitatem & gloriam , qui non sine Numine sub vestro fastigio feliciter adhuc floruit , semperque florebit. Cum quod prodigii instar

instar est , & vix de ullo populo in
toto terrarum orbe dici possit , suos
nativos PRINCIPES , PATRIÆ PA-
TRES semper habuerit , nunquam sub
jugum missus : aut externarum gen-
tium ulceribus inquinatus . Quan-
tum hoc Deorum munus sit , non ci-
ves vestri ; sed alii rectius æstimave-
rint , qui dira quondam tempestate
vobis erepti , interque scopulos im-
pulsi , nunc gementes superba Domi-
nantium imperia ferunt . Quanta ve-
ro vestra in SAXONES , non tam ci-
ves , quam filios vestros sit æquitas
& amor , ipsi norunt , lætique te-
stantur cives ; nullo unquam rebel-
lionis vitio ; sed religioso in AVGV-
TISSIMOS PRINCIPES obsequio
semper notabiles . Ut judicare non
possim , utrum majus sit vestrum in

cives

cives amoris & clementiæ studium ;
an vero civium in suos SACRATISSIMOS P A T R E S obsequium & religio. Adeo, ut minime mirum videatur , si gloriosum populi SAXONICI corpus floreat æternum : Cum ipsi PRINCIPES, veluti AVGVSTA POPVLI ANIMA, laudatissimo amoris & clementiæ vinculo SAXONES suos nunquam deserere velint. Nec laudatissimum populi corpus flagrantissima obsequii gloria ANIMAM suam, ÆQVISSIMOS SAXONIAE PRINCIPES inquam, amittere possit. Vna vivere ; una quoque fortiter mori malunt. Tu itaque AVGVSTISSIME PRINCEPS, non tantum par ; sed longe superior , amœnissimum hoc ROSARIVM pro innata clementia capere digneris , cum coruscantem

2920

- tuum

tuum fulgorem & antiquissimam Potentiæ magnitudinem ipsum capere non possit. Tu orna Rosas; cum ipsæ virtutem ornare nequeant. Quæ certe satis ornatæ erunt, si eas benigno clementiæ tuæ complexu; latorem vero, civem tuum, veluti humilem herbam sub æquitatis tuæ ROSARIO natam, usitata benevolentiæ umbra fovere digneris. Cujus quidem benevolentiæ umbra mihi aliorum splendore longe certe illustrior, imo merum lumen erit. Nec umbræ latebras unquam negabitis, cum avita quadam gloria Solis beneficentiam secuti, ipsam lucem plurimis liberalissime largiri soleatis. Quod ut diu & feliciter facere possis, TE AVGVSTISSIMVM PRINCIPEM ET POSTERITATEM TVAM respiciat & servet magnus ille serva-

tor Deus, qui majores vestros in tanto rerum fastigio benignissime semper respexit. Vestrum in SAXONES gloriosissimum æquitatis & amoris regnum clementer promoteat: Civium vestrorum flagrantissimum in vos studium & religiosum obsequium augeat. Ut sic celeberrimus SAXONIAE populus, vestræ clemencie majestate, & obsequii sui religione subnixus, sub vestro fastigio, quod omnium virtutum ROSARIVM est, vobiscum æternum crescat, vigeat & floreat. Quo voto, felicissimo omne vestrum fastigium submisse veneratur æternum

A V G V S T I S S I M I
P R I N C I P I S

Humill. Cliens

103
GEORGIVS GENTIVS.

B E N E V O L E L E C T O R.

Abies hic fortis humanæ Theatrum, SPECVLVM REGVM ET PRINCIPVM, RELIGIOSORVM ET PAUPERVM MORES, FACILEM IVVENTAM, ATQVE DIFFICILEM SENECTAM: IMO DVBIAM ET PERICVLOSAM VITÆ TOTIVS GENERIS HUMANI ALEAM; EJVSQVE CERTAM ET SALVATAREM, INTER TOT PERDITOS ALEATORES, BENE ET SAPIENTER REGENDÆ ARTEM. Autor, qui id condidit, vir longe gravissimus fuit; gente Persa, patriam Cyropolis habuit: eruditione seculi sui facile princeps: Variæ & longinquæ peregrinationis gloria nulli secundus: longa ætate & vere Nestorea illo ævo primus: illustre ancipitis fortunæ exemplum. Ipse hoc Rosarium suæ mortalitatis immortale Monumentum posuit; in quo perenne quoddam Rosarum genus omni posteritati plantavit: quod nulla cœli & soli felicitas;

BENEVOLE LECTOR.

sed divina fœcundi ingenii protulit ubertas : cæteris rosis per omnia dispar , fragrantia atque virtute longe nobilius. Hoc tamen hæ Apollinares rosæ cum ipsis hortensibus commune habent , quod frutice suo decerpæ etiam quam maxime fragrent. Quo ipso accensis possessorum animis , jucundissimo commercio pretium sui magis commendant : dolorem jacturæ, si qua forte incidat, exasperant. In aliis sui desiderium atque amorem acrius inflammant : neglectum vero atque contemptum sui , negato suavissimarum deliciarum fructu , acerrime vindicant. Tu itaque, si fragrantes desideraveris ; ex hoc autoris nostri Rosario eas avida manu decerpas : quas si manibus versando attriveris ; suavius spirant ; imo circumferentem eas suavissime fragrantem reddunt. Assidue enim attritu illis , tanquam rubentibus victimis , succus & sanguis suus exhauriatur, quo ingenii nostri siccitas irrigari potest : Purpurascente harum colore formam nostram commendamus : suavissimo odo re insipientiam emendamus. Tu Rosarium hoc , dulcissimum animi delicium accipe ,

BENEVOLE LECTOR.

pe , & mirare infandas Naturæ dotes , purpureum, verum, vivumque colorem, & suavissimum odorem , virtutibus suis pollentes. Æstima fœcundum Autoris genium,dignum profecto, si viveret , qui fidelis operarius in Servatoris nostri vineam conduceretur. Me vero transplantatorem non habes , quem spectes, nisi forte benignius interpretari lubeat, me præter hortulanorum morem, Rosarium patens omnibus atque commune fecisse. Hoc si laudaveris ; profecto non me, sed te ipsum laudaveris : Ego enim jam ab aliquot retro annis in ipso Rosario nativo versatus, veluti satur, hic tibi saltem pér traducem transplantatum exhibui , cuius me primum florem decerpisse merito suspicari possis. Quin à te precibus contendere debeo , ut scilicet tenuem hunc nostrum transplantandi laborem & cultum non aspernari, & transplantatas nostras Rosas cum nativis , quas non plane omnes odorando absimus, boni consulere digneris. A nobis quidem , ut decuit , allaboratum fuit ; usus sum gravissimorum virorum in Oriente institutione ; ex quorum disciplina ea hausi ,

BENEVOLE LECTOR.

quæ huic auctori illustrando forent: qui cum non tantum in Perside, patrio suo solo, sed in India, Arabia, & Turcia ubique longe sit celeberrimus & desideratissimus, ex quo omnis ætas variæ fortunæ exempla petere, & in omnem vitæ usum feliciter transferre solet: quo clarissimum hoc Persidis suæ Sodus, quod totum Orientem fulgore suo illustrat, tandem Occidenti nostro quoque afulgeret, discussis externi cœli nubeculis, veram ejus mentem tibi aperire, & sicubi non defungi interpretatione sola licet: admotis Illustrium virorum faculis, notulis inquam appositis, obscuriora illustrare placuit; & quod boni ducis officium est, illustrationis faciem vestigiis tuis præferre: ne scilicet, mentis pedem per tenebras forte impingendo, ruinam metuens, Rosario nondum viso, per nota vestigia retrocederes: vel offensus nimiis in Rosario spinis, tenerimam mentis aciem vulnerares, atque salebrarum tædio vel ipsas plane rosas contemneres atque rejiceres; satius omnino existimans, ipsis Rosarum deliciis carere, quam mentis aciem spinosis salebrarum obscuritatibus obtundere,

SUP

&

BENEVOLE LECTOR.

& gravius vulnerare. Quām nostram opellam
si gratam tibi fuisse intellectero; spes est fore,
ut hæ Persicæ Rosæ nostro consilio & curâ
brevi quoque in Germanico & Gallico elo-
quentiæ horto pulcherrime efflorescant; alio-
quin periculum equidem est, ne externum il-
lud Rosarum genus, cum peculiarem genium
habeat, atque singularem quoque cultorem
requirat, alieno studio cultum, à nativo suo vi-
gore & stirpe multum degeneret, imo pror-
sus pereat: Spes itidem est, ut tibi quoque au-
toris nostri AVREA POMA degustanda de-
mus. Scripsit enim ille duos libros, alterum
hoc ROSARIVM, quod tibi hic prodidimus:
Alterum POMARIVM, quod decem capita
complexum, mera quoque sapientia, histo-
riis, & gravissimis, supra quam dici potest,
constat sententiis. PRIMVM agit de IUSTI-
TIA ET IVSTO MUNDI REGIMINE; quo-
modo populus à Principe sit fovendus, &
Numen divinum venerandum. ALTERVM
DE BENEFICENTIA ET LIBERALITATE,
ut quicunque dives illud intentâ curâ lege-
rit; Deum merito celebret. TERTIVM DE
AMORE, TEMVLENTIA ET INSANIA;

non

BENEVOLE LECTOR.

non tamen,qua agitati humana; sed Numinis
quodam correpti divinaspiramus, atque per-
sequimur. **Q**UARTVM DE HUMILITATE.
QVINTVM DE CONSTANTIA ET ANI-
MI TRANQVILLITATE, in Providentia
divina per omnia suavissime acquiescentis.
SEXTVM CONTINENTIAE & illorum,
qui eam colunt, LAUDES EFFATVR. **S**EPTI-
MVM DISCIPLINAM, VIRTUTEM ET BO-
NOS MORES DOCET. **O**CТАVUM LAU-
DES PRO BENEFICIIS NVMINI DICIT.
NONVM DE POENITENTIA ET PIETA-
TIS STUDIO : **D**ECIMVM DE PRECI-
BVS, & necessariis ad vitam humanam
DISSERIT. Hoc vero, mi LECTOR,
potissimum te ignorare nolim, ipsum auto-
rem plerisque, quæ dicit, præfuisse, aut in-
terfuisse. Sed cum evenerint nonnulla viris
minus illustribus, illorum nomina consulto
præteriisse. Neque vero ideo minoris fidei
habenda ea sunt, quam si obscurorum nomi-
na celebrasset. Illustrium certe virorum,
Regum, Principum, atque Sapientissimorum
nomina memoriâ prosequitur laudabili. Au-
toris utrumque opus per universum Orien-
tem

BENEVOLE LECTOR.

tem omnibus Regibus , Principibus atque Magnatibus est longe carissimum : quod certatim laudibus ad cœlum ferunt , & aureis plerumque literis , atque insignibus imaginibus ad luxum usque exornant. Ego id nactus fato feliciori, variorum & gravissimorum virorum commentariis illustratum , iisque manu mea vel descriptis , vel intenta cura collatis , hic tibi genuinas ejus Rosas exhibui, easque, ut majori eartum fragrantia afficereris, in Latio campo ordine suo explicavi. Si rem gratam fecerimus, Rosarium ingredere, Rosas carpe , & bono cum Deo iis fruere : mihi vero, qui Tui amore inductus, has tibi exhibeo , amoris & benevolentiae fragrantiam aspirare perge: Vale mi Lector, & fave.

مرب

تغرب عن الاوطان في طلب العلا

وسافر ففي الاسفار خمسة فوايد

تخرج غم واكتساب معيشة

وعلم واداب وصحبة

ماجد

مقدمة کلستان

شيخ مصلح الدين سعدي

شيرازي

P R A E F A T I O
R O S A R I I
M V S L A H I E D D I N I S A D I
S C H I R A S E N S I S.

Nunc primum in lucem eruti
opera & studio

G E O R G I I G E N T I I .

بِسْمِ اللّٰهِ الرَّحْمٰنِ الرَّحِيْمِ

مِنْت خدایرا غر و جل که طاعت ش مُوْجِب قربت
و بشکر اندرش نمی داشت هر نفسی که فرو میم و د محمد
حیات است و چون بیهی آید مفرج ذات پیش در هر نفسی
دو نعمت موحد است و بیر هر نعمتی شکری واجب
بیت از نست و نیان که بیز آید
کن عهد شکر ش بدز آید

اعملوا آل داؤد سکرا وقليل من عبادی الشکور
قطعه بند همان به که نقصیر خویش
عذر بدل رکاه خدای آورد
ورنه سزا و اس خداوندیش
کس نتواند که بجای آورد

حسا پن باران سر جت بی حابش همه را من سیده
و خوان نعمت بی دست یغش همه جا کشیده
و پرده ناموس بند خان بگناه فاحش ندر د
و وظیفه رفری بخطای منکر نبر د
قطعه ای کریمی که از خزانه غیب
کسر و ترسا وظیفه خود را می
دوستان را کجا کنی محروم
ذو که باد شمنان نظر داری

باد

Nomen. 2 dignitas
existimatio, fama. 3. Istratio
exercitus. 4c. id. Angelus
Gabriel.

I N N O M I N E D E I
M I S E R I C O R D I S , M I S E R A T O R I S .

Aus Deo incomparabili & excelfo : illi obsequi , causa est unionis (cum eo ;) illum laudare , beneficium (in nos) augere. Quivis Spiritus, ^a qui descendit , vitam extendit ; cum ascendet, corpus reficit. Geminum itaque in unoquoque spiritu beneficium ; & pro quoque beneficio dicendæ sunt grates.

Distichon : Ex manu linguaq; cujusnam proveniat,
Vt debitas illi laudes exprimat ?

Colite & obsequium præstate, o posteri Davidis,
laudantes ; pauci enim sunt servi mei sedulo laudantes.

Servo hoc satius est , ut sui defectus
Deprecationem ad aulam divinam ferat.
Alioquin dignas Numine laudes,
Nemo habere potest.

Imber misericordiæ illius infinitæ inundavit universa. Epulum beneficentiæ illius profusæ apparatus est ubique. Cortinam ^b honoris servorum ob turpe flagitium non rumpit. Neque quotidianam vitæ sustentationem ob nefarium crimen præcidit.

O benefice Deus, qui ex thesauro recondito,
Ignicolis & simulacrorum cultoribus vitæ
sustentationem præstas.
Amicos quinam destituas ,
Tu , qui hostium curam geris ?

فرانش باد صبا را کفته تا فرش زمردین بکترد و دایه
 ابر بهار را فرموده تا بنات نبات را در مهد زمین
 پرسورد و درختان را بخلعت ذرس و زی قبای
 سپر ورق در برس کرد و اطفال شاخ را بقدوم موسوم
 مربع کله شکوفه برس سر نهاده و عصاوه نایی
 بقدر تش شهد فائیق شده و لختم خرماب بر پیش
 خل باست کشته

قطعه ابر و باد و مه و خورشید و فلک در کارند
 تا تو نانی بکو آری و بغلت خوری
 همه از بھر تو سرکشته و فرمان بردار
 شرط انصاف نباشد که تو فرمان نبری
 در خبرست از سرخوش کایتات و فخر موجودات
 و رحمت عالمیان و صفوت ادمیان و تهمه دوست زمان
 محمد مصطفی علیه الصلوۃ والسلام
 بیت شفیع مطاع نبی کریم
 قسیم جسمیم بسم و سیم
 بیت چه غم دیوار امک را که باشد چون
 تو پشتیان
 چه بالک از موج بحر ازرا که باشد نوح کشیان
 نظر بلغ العلي بكماله
 کشون الدجی بجماله

حست

P R A E F A T I O.

^d Stratori subsolano dixit, ut smaragdinum ^e lectum sterneret. Nutrici vernæ nubi ^f imperavit, ut herbas ^g filias (suas,) in terræ incunabulis educaret. Arbores æquinoctiali ^h habitu, viridi foliorum toga circumquaque amicivit. Et surculis ramorum verni temporis adventu, pileum ex floribus consertum super caput imposuit. Succus arundinis illius potentia faccharum factum est præstansissimum. Dactyli nucleus ipsius curâ procera palma evasit.

Nubes, ventus, luna, sol & cœlum occupantur,
Vt tu (ô homo) panem acquiras, eumque non
ingratus comedas.

Omnia tui causâ perpetuo agitantur motu, &
imperata faciunt.

Æquitatis itaque ratio minime fert, ut tu impe-
rium exutias.

Habetur traditio creaturarum excellentissimi, rerum gemmæ, mortalium misericordiæ, humani generis perfectissimi, temporum cursus consummatoris, Muhammedis Mustaphæ, misericordia & pax sit super ipso.

Dist: Intercessoris, verendi, vatis, liberalis,
Distributoris, potentis, ridentis & si-
gniferi.

Dist: Quid mœstitiæ gentis muro, si tui instar columen habeat?

Quid pavescat maris undas ille, cuius nau-
clerus est Noachus?

Carmen. Perfectione sua summum penetravit.

Densissimas tenebras lumine suo discussit.

*Valla sen. E. r.
Imperio salutis,
Subjectus*

حست جمیع خصاله

صلوا عله وله

که هر که یکی از بندکان کنه کام پریشان
رسون کام دست اباق با مید اجابت بد مرکاه حق
جل وعلا بردارد این ره تعالی در روی نظر نکند
با زرش بخواند با اعراض کند با زرش بتضرع وزاری
بخواند حق سبحانه و تعالی کوید یا ملائکتی قد
استحیت من عبدی ولیس له رب غیری فقد
غرت له دعوتش را اجابت کردم و حاجتش را
بر او ردم که از بسیاری دعا و زاری بندۀ شرم
همی دائم

بیت کرم بین و لطف خداوند کام

کنه بندۀ کردست و او شرمسار

عاکفان کعبه جلالش بتقصیر عبادت معتر قند
که ما عبدناک حق عبادتک و واصفان حلیه جمالش
بتحریر منسوب که ما عرفناک حق معرفتک

قطعه کر کسی و صفا و نمن پرسد

بی دل آن بی نشان چه کوید باش

عاشقان کشتکان معشو قند

بر نیاید نر کشتکان او از

یکی

Omnibus dotibus pulcher fuit.
Vota pro ipso ipsiusque familia facite.

Quovis tempore, cum quis servorum peccatorum, temporis (male transacti) pertæsus, conversionis manum susceptionis spe ad aulam Dei maximi & excelsi tulerit; Deus vero maximus ipsum (primo) non respexerit; denuo flagitet: si denuo (illum) Deus forte aversatus fuerit: tertio luctu & gemitu exclamet. (Tandem) Deum laudatum & excelsum dicturum: ô Angeli mei! pudet me equidem servi mei; sed præter me Dominum habet nullum. Crimina ipsi certo ignovi, precibusque suscepisti, necessaria ipsi subministravi. Me enim pudet tantarum precum, tantorumque servi mei gemituum.

Dist: Contemplare benevolentiam & benignitatem Dei.

Crimina admisit servus, Deum vero pudet.

Affidui templi^k majestatis illius cultores egestatem cultus fatentur (dicentes:) Non coluimus te, ô Deus, cultu tuo vero. Describentes splendorem pulchritudinis illius attoniti queruntur: Non cognovimus te, ô Deus, vera cognitione tua.

Ver: Si quis me laudes rogaverit ipsius,
Quid excors de signi experte dixerit?
Amatores victimæ facti sunt rei amatæ.
Atqui à victimis vox reddit nulla.

Cor-

یکی از صاحب دلان سریجیب مرافقه فرو برد
بود و در بحر مکاشفه مستغرق شده آنگاه که از ان
حالت باش آمد یکی از اصحاب بطریق انبساط کفت
از ان بوستان که تو بودی مارا چه تخفه کرامت
آوردی کفت بخاطر داشتم که چون بدراخت کل
برسم دامنی پس کنم هدیه اصحاب را چون بر سیدم
بوی کلم چنان مست کرد که دامنی از دست
برفت

قطعه ای مرغ سهر عشق نیپروانه نیاموزن
کان سوخته را جان شد واوان نیامد
این مدعايان در طلبش بی خبر نند
کان را که خبر شد خبری باش نیامد
دیگر ای برتر از خیال و قیاس و کمان و وهم
ونز هر چه کفته اند شنیده ایم و حوازند ایم
مجلس تمام کشت و با خرسید عمر
ما همچنان در اول و صفو تو ماند ایم

حامد پادشاه اسلام خلد ملکه ذکر جمیل سعدی که
در افواه علوم افتاده است و صیت سخننش که در
بسیط نرمین مرقته و قصبه الحبیب حدیثش که
همچو شکر میخورد ورقعه منشاتش که چون
کاعد

Cordatorum quidam , divina contemplaturus capite in togam demisso, Oraculorum pelago' immersus erat. Emergenti familiarium quidam jocabundus ait. Ex horto illo , in quo fuisti , nobis quid grati muneris tulisti ? Respondit , mihi quidem consilium erat, rosarum fruticem ^m cum contigerat , sinum rosis implebo , munus , amicis : me ad fruticem delatum fragrantissimus rosarum odor adeo ebrium reddidit , ut sinus ex manu mea dilapsus fuerit.

O lucinia , verum amorem ex pyrallide ⁿ discas.
Hujus enim exustæ, quanquam anima discedat,
vox tamen redit nulla.

Ostentatores ^o isti, in flagrantissimo illius desiderio, sunt sine notitia :
Cui enim notitia facta fuit , ab eo notitia nulla redit.

Ali : O tu sublimior cogitatione, judicio , opinione & imaginatione !

Omnia majoribus dicta audivimus & legimus.
Confessus ^p est finitus , metam tetigit vita :
Atque res ita se habet , ut nos in descriptionis tui restiterimus limine.

Hæc est memoria virtutum regis Muhammadanorum, regnum illius sit æternum.

B Ona equidem Saadi memoria consentiente gentium ore celebrata , bonaque dictorum illius fama , quæ totum terrarum orbem pervasit , quodque pergratum oraculorum illius calamum , facchari ^q instar mortales in delitiis habent , char-

B tas-

کاغذ نرس مبرونه بر کمال فضل و بлагت او حمل
 نتوان کرده بل که خداوند جهان و قطب دایر
 نهان قایم مقام سلیمان ناصر اهل ایمان شاهنشاه
 معظّم اتابک اعظم مُظفّر الدین ابویکر بن سعد بن
 نرنکی ظلّ الله فی ارضه رب ارض عنہ و ارضه
 بعین عنايت نظر کرده است و تحسین بليغ
 فرموده و ارادت صادق نموده لاجرم کافه انام از
 خواص و عوام بمحبت او کراييد. اند که الناس على
 دين ملوکهم *

مرباعي: زان که ترا بر مسکين نظرست *
 آنرا از افتاد مشهور ترست *
 کر خود همه عيدها بدین بنده درست *
 هر عيب که سلطان بي سند هنرست *

قطعه گلی خوشبوی در حمام رونزی *
 مر سید از دست محبوی بدستم *
 بد و کفتم که مسکی یا عیسی *
 که از بوی دلاؤنیر تو مستم *
 بکفتا من کل نا چيز بودم *
 ولیکن مدّتی باکل نشستم *
 کمال همنشین در من اثر کرد *
 و گرنه من همان حاکم که هستم *

اللهم

P R A E F A T I O.

ii

que dictorum illius perinde ut aureas litteras circumferunt, non magnæ equidem illius scientiæ & facundiæ tribui potest: sed orbis terrarum domino, temporum cursus polo, successori Salomonis, adjutori fidelium, regi regum maximo, curatori excelso, Musaffer Eddin Abubekero, filio Saadi, filii Sengi, umbræ (summi) Numinis in terra, O magne Deus, benevolus illi esto, ipsumque benevolum reddito, ille enim (me Saadum) clementiæ oculo respexit, benevolentia inusitatâ cumulavit, verumque amorem demonstravit. Hinc populus universus, cum magnates, tum plebs in amorem ipsius flectuntur. Homines enim regum suorum moribus vitæque institutis adrepere solent.

Car: Ex illo tempore, quo tu me inopem respicis,

Monumenta mea ipso sole sunt clariora.

Quamvis omnia vitia in hoc sint servo.

Quodvis tamen vitium, quod regi placet,
virtus est.

Aliquantum terræ & odoriferæ in balneo
quodam die,

Pertigit ex manu dilecti in manum meam.

Illi dixi, tu muscus, an Ambra es?

Ex tuo enim odore cor accidente sumebrius.

Respondit: Ego terra sum vilis;

Sed aliquandiu cum rosa consortium habui.

Virtusque sodalis in me penetravit.

Alioquin ego terra sum tantum, quod sum.

اللهم متع المسلمين بطول حياته
 وضاعوا ثواب جميله وحسناه
 وأرفع درجة اون آية وولاته
 ودمر على اعدائه وشناه
 بما تلبي في القرآن من آياته
 اللهم أمن بلدك واحفظ ولده
 نظم لقد سعد الدنيا به دام سعاده
 وايده المولى بالولية النصر
 كذلك تنـشا لينة هو عرقها
 وحسن نبات الأرض من كرم البذر
 ايـزـنـ تعالـى وتقـدـسـ خطـئـهـ يـاـكـ شـيرـانـسـ بـهـيـتـ
 حـاكـمانـ عـادـلـ وـهـمـتـ عـالـمـانـ عـاـمـلـ تـاـ مـانـ
 فـيـاـمـتـ دـرـ اـمـانـ سـلـامـتـ ذـكـاهـ دـارـهـ
 قـطـعـهـ فـدـانـيـ كـهـ مـنـ دـرـ اـقـالـيمـ غـربـتـ
 چـراـسـونـ کـارـیـ بـکـرـدـمـ دـرـنـکـیـ
 بـرـونـ سـرـقـمـ اـنـزـ نـنـکـ تـرـکـانـ کـهـ دـیدـمـ
 جـهـاـنـ دـرـهـمـ اـفـتـادـ چـوـنـ مـوـيـ نـرـنـکـیـ
 هـمـهـ آـدـمـیـ زـرـادـ بـوـدـنـدـ لـیـکـنـ
 چـوـ کـرـکـانـ بـخـواـخـورـ کـیـ تـیـزـ چـنـکـیـ
 دـرـونـ مـرـدـمـیـ چـوـنـ مـلـکـ نـیـکـ خـضـرـ
 بـرـونـ لـشـکـرـیـ چـوـنـ هـزـ بـرـانـ جـنـکـیـ چـوـ

Magne Deus, fideles bea vitæ ipsius longitudine:
Et gemina merita bonorum operum virtutisque
ipsius. (cumque.

Extolle magnitudinem amicorum ipsius judi-
Et prosterne hostes inimicosque ipsius.

Audi nos, magne Deus, per illud, quod in Ko-
rano sacrorum dictorum legitur.

O Deus noster, securam præsta illius regionem,
servaque prolem ipsius (Saadum.)

Car: Orbis certe beatus fuit ipsius beneficio.

Diuturna fit ejus Majestas.

Eumque adjuvet Deus auxilii signis.

Adolescat eodem modo surculus illius, cu-
jus ipse est radix.

Bonæ enim herbæ in terra ex seminis na-
scuntur præstantia.

Altissimus sanctissimusque ille Deus, puros Schi-
rafi limites justorum judicum gravitate, sapien-
tumque beneficorum diligentia ad extremum us-
que resurrectionis diem in pace & tranquillitate
conservatos præstet.

An nescis, in peregrino orbe,

Quare per aliquod tempus sim moratus?

Discessi propter iniqitatem Turcarum, ^x quia
vidi;

Orbem tumultibus implicitum, capillitii ^y Aë-
thiopum instar.

Omnes hominum erant progenies, verum lu-
porum instar cruenti.

Intra urbem cives erant, ut angeli moribus
optimi. (instar ferocium.

Extra vero erat (Turcarum) exercitus leonum

چو باز ادم کشوس اسوده دیدم
 پلنگان رها کرده خوی پلنگی
 چنان بود در عهد اول که دیدم
 جهان پرس نرا شوب و تشویش و تنی
 چنین شد در ایام سلطان عادل
 اتابک ابو بکر سعد بن فرنگی
 قطعه اقلیم پارس را خم از آسیب دهر نیست
 تا بر سر شش بود چو تویی سایه خدا
 امر وزر کس نشان ندهد در بسط خاله
 مانند استان درت مامن من صما
 برس تست پاس خاطر بیچاره کان و شکر
 برمما و برس خدای جهان افرینی جزا
 یا سرت نباد قته نگه دار خالک پارس
 چند انکه خالک را بود و با در بقائی

سبب تالیف کتاب کلستان

یکشب تائل ایام کن شته میگردم
 و بس عمر تلوف کرده تائزو میخوردم
 و سنک سراجه دلرا بالماس آب دیده می سفتیم
 واین بیتهاي مناسب حال خود میگفتم
 مثنوي هر دم از عمر میرود نفسی
 چون

(Ex peregrino orbe) reversus, provinciam vidi liberatam,

Tigresque ^a tigrinos mores exuisse;

Talis erat primi temporis facies, quam vidi,

Orbis scilicet turbis, tumultibus, atque angustiis obrutus erat.

Talis, felix scilicet, fuit tempore æquissimi regis,

Atabeci Abubekeri filii Saadi, filii regis Sengi.

Persarum regno nullum miseriarum est periculum:

Quamdiu tui instar, umbra Dei, in fastigio illius fuerit

Hoc quidem tempore nemo in toto terrarum orbe monstraverit,

Similem aulæ tuæ, benevolentiæ tranquillitatisque portum.

Tuum, est in opum animos fovere, laudare

Nostrum, Dei vero conditoris universi, tibi ea reddere.

O Magne Deus, à motuum tempestate Persarum regnum defendas:

Quamdiu ipsa terra ventusque durabunt.

Causa conscribendi libri.

QVADAM nocte præteriti temporis memoriam revocavi:

Vitæque male transactæ dispendium cum indignatione devoravi.

Saxumque ^a habitaculi cordis lacrymarum adamante ^b perforavi.

Hosque versus conditioni meæ convenientes effudi.

Quovis momento unus vitæ abit spiritus.

Illud

چون نکه میکنم نماند بسی
 ای که پنجاه مرقت و در خوابی
 مکر این پنج سروزی در یابی
 خجل انگس که رفت و کار نساخت
 کوس مرحلت تزدند و باش نساخت
 خواب نوشین بامداد مرحیل
 باز دارد پیاده مر سبیل
 هر که امد عمارتی نو ساخت
 مرفت منزل بدیکری پرداخت
 وان دیکر چشت همچنین هوسي
 واين عمارت بسر فبرد کسي
 يار نا پايد امر دوست مدار
 دوستی را نشاید این غدای
 نیک و بد چون همی بباید مرد
 خنک انگسی که نام نیکی برد
 برك عیشی بکوس خویش فرست
 کس نیاره مر پس مر پیش فرست
 عمر بر فست و افتاد تموز
 اند کی ماند و خواجه غرّه هنوز
 ای تهی دست مرقته در بازار
 ترسمنت پرس نیاوری دستار
 هر که

Illud dum inspicio, non multum restitit.

O te (socordem!) cuius jam quinquaginta
(ætatis anni) sunt elapsi, etiamnum somno
gravem!

Vtinam istos quinque supremos vitæ dies pro-
be intelligeres.

Pudor illi, qui abiit, opusque non perfecit,
Discessus tympanum ^c percusserunt, sarcinam
nec composuit.

Suavis Somnus in discessus aurora,
Retinet peditem ex itinere.

Quicunque venit, novam fabricam struxit:

Abiit ille, fabricamque alteri construxit.

Alter ille, similia huic vanitatis molimina agi-
tavit:

Illam vero fabricam ad finem perduxit nemo.

Sodalem instabilem amicum ne adscisce:

Amicitiâ indignus est fallacissimus hic mundus.

Cum bonis malisque pariter sit moriendum;
Beatus est ille, qui bonitatis palmam ^d re-
portavit.

Viaticum vitæ (æternæ) in sepulchrum tuum
præmitte:

Mortuo enim tibi nemo feret: tu te ipse præ-
mitte.

Vita (ut) nix est, solque Augusti (æstuans)
Pauxillum reliquit; tibi tamen Domino etiam-
num socordia & inertia blanditur:

Heus tu, qui manu vacuâ forum adiisti;
Metuo, ut plenum referas ^e strophiolum.

هر که منروح خود بخورد بخوید *
وقت خرمنش خوش باید چید *
پند سعدی بکوش جان بشنو *
رو چینست مرد باش وبرو *
بعد از تأمل این معنی مصلحت آن دیدم که در نشیمن
عزلت نشینم و دامن از صحبت فرا خود چینم
و دفتر از کفتهاي پريشان بشويم ومن بعد پريشان
نکويم *

بيت زبان بريده بكنجعي نشسته صمّ ويكم *
به از کسي که زيانش نباشد اندر حکم *
قا يكى از دوستان که در کجاهه انيشن من بودي
و در حجره جليس برس قديم از در در آمد چندانکه
نشاط و ملاعيت وبساط راحت كسرد جوابش
نكفتهم و سر از زانوي تعبد برس نگرفتم زنجиде نگه
كرد و گفت *

قطعه کنوته که امكان کفار هست *

(بکوای برادر بلطف و خوشی *
که فردا چو پیک اجل در مسد *
حکم ضرورت زبان در کشي *
يکي از متعلقان منش برس حسب واقعه مطلع
کردانيد که فلان غرم کرد است و نيت جرم
که

Quicunque segetem suam comederit, dum ad-
huc in herba est; (gitur.
Meissis tempore spicilegio contentus esse co-
Consilium Saadi attentis animi auribus accipe:
Via ita se habet, tu te virum præsta, & vade.

Hoc probe considerato, ex re esse vidi; ut in lo-
co solitario considerem, finique meo à mortalium
confortio contracto, tabulas inanum dictorum
delerem, posthacque nihil amplius male aut pro-
caciter dicerem.

Ver: Elinguis in angulo aliquo desidens surdus
atque mutus,

Præstat illi, cuius lingua est effrænis.

Solitudinem itaque colui, donec tandem quidam
amicorum, qui sodalis in Meccano itinere mecum
eodem vectus camelo, inque hospitio mihi contu-
bernalisi; antiquo & usitato more fores ingressus,
quantis jocis facetiisque (blanditus) ipsum illece-
brarum lectum constraverit, (frustra tamen confa-
bulationem molitus:) nullum enim verbum re-
spondi, ne caput quidem cultus divini gratiâ geni-
bus innixum extuli: quo ille accensus me aspicit
& ait;

Nunc dum dicendi datur copia;

Dicito ô frater favore & benevolentia:

Craftino enim die, cum fati satelles te
acceſſerit,

Invitus linguam contrahes.

Quidam sodalium meorum illum, status mei
recenter ita mutati, certiore fecit, inquiens: hic
homo consilium cepit singulare, vitamque solita-

که بقیّه عمر در دنیا متعکف نشیند و خاموشی کر زند
اگر توانی سر خویش کیر و راه مجانبیت پیش کیر
کفتا بعترت عظیم و محبت قدیم که دم در نیام
و قدم برس نهادم مکر آنکه که سخن کفته شود
بر عادت مآلوف و طریق معروف که از مردن دوستان
جهلست و کفارت عین سهلست.

خلاؤ راه صواب است و عکس رای اوی الباب
ذو الفقار علی در نیام *

و زبان سعدی در کام *
قطعه نران در دهان ای خردمند حیست
کلید در کنج صاحب هنر *
چو در بسته باشد چه داند کسی *
که جوهر فروشت یا پیلوس *
قطعه اکر چه پیش خردمند خاموشی اد بسته *
بوقت مصلحت آن به که در سخن کوشی *
دو چیز طیره عقلست دم فرو بستن بوقت بگتن
و گفتن بوقت خاموشی *
فی الجله زبان از مکالمه او در کشیدن قوت
نداشتم و سروی از محاوره او کردانیدن مسرور نداشتم
که یار موافق بود و محب صادق *

بیت چو

riam sibi proposuit , vitæ scilicet reliquias in hoc terrarum orbe , procul à mortalium confortio , Deum colendo exacturus , silentiumque culturus. Tu quoque si potes , animum collige , solitudinisque viam & instituta amplectere. Quo auditō infit ; Magnum testor Deum , nostrumque antiquum confortium & amicitiam , me non acquieturum , nec pedem hinc moturum , nisi more usitato consuetudineque ex solito verbum fecerit. Amicos enim offendere mera est socordia. Sacramenti^g quoque , (si quod dixerit ,) piaculum facile est.

Rectitudinis enim tramiti adversum , cordato-

rumque judicio contrarium est ,

Vt Ali^b ensis lateat in vagina (reconditus ,)

Et (facunda) Saadi lingua palato hæreat affixa.

Lingua in ore , ô Cordate , quid est ?

Clavis est portæ thesauri artificis.

Clausa si porta fuerit , quid sciverit aliis ,

Vtrum gemmarius , an vilium lapillorum mer-
cator intus sit ?

Etsi coram cordato silentium (magna) sit vir-
tus ;

Necessitatis tamen tempore , verbis certare
præstat.

Duae enim res (causam) turbandi & confunden-
di animi præbent : Tacere tempore loquendi , &
loqui tempore tacendi.

Vt rem paucis complectar , linguam ab illius
colloquio (diutius) continere non potui ; vul-
tumque à confabulatione illius avertere , bene-
volum haut duxi : facilis enim sodalis , verusque
erat amicus.

بیت چو جنگ او ری با کسی برسنیز *
 که آن روی کریزت بود یا کریز *
 حکم صروت سخن کفتم و تفرج کنان بیرون
 مرقتیم در فصل ربیع که صولت برده ارمیده بود
 واوان دولت ورد رسیده *
 بیت پیراهن بر لک بر درختان *
 چون جامه عید نیکبختان *
 قطعه اول امر بهشت ماه جلالی *
 بلبل کوینده برس منابر قصبان *
 بر کل سرخ از نم افتاده لآلی *
 همچو عرق بر عدای شاهد خضبان *
 شبرای بوستان یکی از دوستان اتفاق میت افتاد
 موضوعی خوش و خرم و درختان دلکش در هم
 کفی که خرد مینا برس خاکش ریخته و عقد شریا از
 قارکش در اویخته *
 قطعه روصة مائنه رها سلسال *
 دوحة سجع طیرها مومنون *
 ان پران لالهای مرنگامنگ
 وین پرس از میوهای کوناکون *
 باد در سایه درختانش *
 کسترانیده فرش بوقلمون *

Ver: Quod si potens sive bellicosus es , conten-
das cum illo,

Cujus aut prorsus non indiges ope, aut quem
effugere possis.

Invitus itaque locutus , animumque recreaturi
foras prodiimus , tempore verno , cum fractâ jam
hyberni frigoris vehementiâ , florescentium rosa-
rum statio adesset.

Ver: Viridi foliorum inducio amictæ erant arbores;
Perinde ut festis diebus divitum habitus
splendidus esse solet. (sis dies :

Primus erat Ardebehishti Schelaliani i men-
Lucinia loquax celsis arborum ramis insidebat.

In purpascentibus rosis ex rore cadentes
(guttæ) margaritarum instar splendebant;

Perinde ut sudor in malis formosi , æstuantis.

Eadem illa nocte in cuiusdam amici horto præter
spem & opinionem pernoctandum fuit. Hortus
ille (bellis pratis) erat jucundus : Arboribusque ,
miris animi illecebris, densus. Tu equidem (florum
varietate & splendor) dixisses , viridis vitri frag-
mentis solum illius stratum esse , Plejadumque no-
dulos sive tintinnabula ^k ex arborum fastigiis sus-
pensa , (tantâ fructuum copiâ arborum rami grava-
ti erant.)

Hortus , cuius rivorum aqua saluberrima sive
Nectar erat.

Pomarium , cuius avium concentus dulcissi-
mam carminum modulationem æquabat.

Hortus omnium colorum floribus refertus.

Pomarium omnis generis fructibus plenum.

Ventus sub umbra arborum illius

Straverat lectum omnis coloris.

Postri-

بامداد که خاطر باش امدن برای نشستن عالی آمد
 دیدمش دامنی کل ورخان و سنبل و ضمیران فراهم
 آورده و عزیمت شهر کرد که کفتم کل بستانرا چنانکه
 دانی تقایی نباشد و عهد کلستانرا وفاوی نه و حکما
 کفته اند هر چه نپاید دلستکی را نشاید کفتا پس
 چیست کفتم برای فرهت ناظران و فسحت خاطران
 کتاب کلستان توانم تصنیف کردن که باد خزانرا بر
 ورق او دست قطاول نباشد و کردش زمان عیش
 میعمر ا بطیش حریف مبدل نکند
 مشنوی بچه کار ایدن فرکل طبقی
 از کلستان من برس ورقی
 کل همین پنج روز و شش باشد
 وین کلستان همیشه خوش باشد
 حالی که من این سخن بگفتم از دامن کل بریخت
 و در دامن اویخت الکریم اذا وعد وفا فصلی
 دو دران چند روز انقاو در بیاض افتاد در
 حسن معاشرت و ادب محاورت در لباسی که متكلمان
 را بکار اید و مترسلان را بلاغت افسر اید فی
 الجمله از کل بستان بقیتی موجود بود که کتاب
 کلستان تمام شد و تمام آنکه شود بحقیقته که پسندیده
 امد

Postridie, cum revertendi propositum restandi opinionem superasset, vidi sodalem meum antiquum, qui sinum rosis, myrto, hyacintho, ocymo impletum constrinxerat, sic urbem repetere constituerat. Ego illi dixi: Rosarum, quas fert hortus, ut nosti ea est ratio, ut non durent, neque ipsa fluorescentis Rosarii statio est diurna. Sapientum vero hoc est oraculum; Rei instabili animum applicare turpe. Quo audito, insit ille, quid itaque agendum? respondi, ego potens quidem sum, ut studiosis, aliquod animi delitium; doctis variæ eruditionis complementum; ROSARII scilicet librum conscribere possim: in cujus certe folia ne sævus quidem autumni ventus funestam manum injecerit; neque temporum vices vernas illius delicias in sterilem hybernamque nuditatem mutaverint.

Quorsum & cui bono est tibi rosa explicata
& ampla? (lum.)

Ex ROSARIO meo unum modo carpas folio-
Rosa enim quinque aut sex tantum durat eas:
Hoc vero ROSARIUM semper floridum pul-
chrumque erit.

Mox ubi hæc fui locutus, sinu Rosas effudit, si-
numque meum prehendit inquiens: Liberalis
quicquid promittit, præstat. Vnum atque
alterum caput per istos aliquot dies præter
spem, in chartam conjecta fuerunt. Caput scilicet
unum, de conversandi decoro & elegantia: (Alte-
rum vero) de colloquendi modestia & civilitate;
stylo oratoribus utili, qui & scriptorum elegan-
tiam ornare possit. Ut rem paucis absolvam; rosa-
rum etiamnum reliquæ extabant, cum liber noster
Rosarium, ad finem perductus esset. Tum autem

D vere

امد در بارگاه شاه جهان پناه سایه کرد کار و پر تو
لطف پرسورد کار ذخر زمان کهف الیمان المؤید من
الاسماء عضد الدولة القاهرة سراج الملکة الباهرة
جمال الانام مفترس الاسلام سعد بن اقبالک الاعظم
شاهنشاه معظم مالک مرقب الامم مولی ملوك
العرب والعجم سلطان البر والبحر وارث مملک
سليمان مظفر الدین ادام الله تعالی اقبالهمما
وجعل كل خیر مالهمما وبكرشمه لطف خداوندي
مطالعه فرماید قطعه کرتلتقات خداوندیش بیماراید

نکار خانه چینی و نقش امرزنکشت
امیدهست که روی ملال در نکشد
ازین سبب که کلستان نه جای دلتنکشت
علی الخصوص که دیباچه همایونش بنام سعد بن
زرنکیست

ذکر امیر کبیر فخر الدین ابو بکر بن ابو نصر
دیکر عروس فکر من ازربیجانی سربر نیاره
و دیده نائس از پشت پای خجالت برندامه
و در منصه صاحب جمالان متجلی نشود مکر
آنکه که سجلی کرده بزیوس قبول امیر کبیر
عالی

vere perfectus erit, cum gratus acceptusque fuerit in aula regis ; qui in hoc orbe mortalium est refugium , conditoris umbra , benevolentiae divinæ splendor & radius, temporis annona sive sustentamentum , religionis refugium , coelitus firmatus , victricis potentiae lacertus , gentis illustris lumen, hominum pulchritudo, religionis Muhammedanæ delitium, Saadus filius Atabeci maximi: regis regum summi , gentium imperatoris , Araborum barbarorumque regum patroni, terræ marisque Domini, regni Salomonici hæredis , Musaffer Eddini, Deus optimus maximus utriusque potentiam semper conservet, extrema ipsorum bene vertat; (Tum inquam vere perfectus erit,) si obtutu benevolentiae magnatibus innatae, illum legere dignetur.

Quod si regia benevolentia illum exornaverit,
Perinde ut domus picturarum Chinensis, effigie-
rumque liber ^m Ersengi, celeberrimus erit.

Spes est, fore, ut frontem obrepente rædio ne-
quaquam contrahat: (creans.

Quia Rosarium minime est locus angustiam
Imprimis cum egregia illius præfatio nomine
Saadi filii Sengi sit insignis.

Celebratio Magni Principis, religionis
delitii, Abubekeri filii Abunasri.

P Ræterea sponsa meditationis meæ caput ob-
deformitatem non effert :

Vultumque spei omnis egenum, ob verecundiam
in pedis superficiem defixum , nec tollit :

Neque in formosarum agmine formam & splen-
dorem ostentare potest ; nisi tum temporis , cum
amplexus ornamento eam exornaverit Princeps

D 2 magnus ,

عالی عادل موید مظفر علی الاعداء ظهیر
سریس سلطنت مشیر قدریس مملکت کهف الفقر
ملان الغرب امری الفضلا محبب الاتقیاء افتخار آن
فارس یمین الملک مملک الخواص فخر الدولة
والدین غیاث الاسلام والمسلمین عمدة الملوك
والسلطانین ابو بکر بن ابو نصر اطال الله عمره
واجل قدره وشرح صدرو وضاعو اجره که ممدوح
اکابر افاقت و مجتمع مکارم اخلاق
بیت هر که در سایه عنایت اوست

کنهش طاهنت و دوشمن دوست

بر هر یکی از سایر بندگان و حواسی خدمتی
معینست که اکثر در ادای آن برخی تهاون و تکاسل
روا دارند هر آینه در معرض خطاب ایند و محل
عتاب مکر برین طایفة در ویشان که شکر نعمت
بزرگان بر ایشان و ذکر جمیل و دعاء خیر وادای
چنین خدمتی در غیبت او لیست که در حضور
که این بتصفع نزدیکست و آن از تکلّف دوس
وابحابت مقرون

قطعه پشت دو قای فلک مرآست شد از حرّمی

تا چو تو فرمزند نژاد مادر ایام را

حکمت

magnus, sapiens justus, cœlitus firmatus, hostium victor, solii regii columen, dux administrandi regni prudentissimus, pauperum refugium, peregrinorum portus, sustentator æstimatorque doctorum, amator piorum, delitium gentis Persicæ, robur regni, princeps procerum, decus potentiae atque religionis, adjutor fidei Muhammedanæ & Muhammedanorum. fiducia regum atque principum Abubekerius filius Abu Nasri: Deus vitam illius proroget, potentiam illius extollat, animum illius illustret & præmia (vitæ) illius geminet: est enim per totum terrarum orbem divitum laudatissimus, atque virtutum omnium sive bonorum morum compendium.

Ver: Quicunque sub illius benevolentiae opisque
est umbra;

Crimen illius obsequium est, hostisque illi
amicus est.

Cæteris omnibus ministris servisque certa incumbunt ministeriorum onera: quod si illis præstandis, negligentiae atque ignaviæ blanditiis illeæti defuerint, omnino reddendæ officii rationi correptionibusque subjiciuntur; excepta religiosorum gente, cui (aulicæ molis experti) incumbit, magnatum beneficia gratiis, bonis recordationibus, piisque votis precibusque prosequi: hocque officium rectius fit in occulto & absentia, quam in propatulo & præsentia: hoc enim adulacioni & blanditiis est proximum, illud vero ab ostentatione & simulatione alienum, & certius exauditur.

Dorsum orbis cœlestis contortum, præ lætitia
fuit erectum: (filius.

Quando tui instar temporum matri natus est

حکمت خض اشت اکر لطوف جهان افسرین
 خاص کند بندۀ مصلحت عالم را
 دولت جاوید یافت هر که نکونام غریست
 نخ عقبش ذکر خیر خزدۀ کند نام را
 وصف ترا کر کند ورنکند اهل فضل
 حاجت مشاطه نیست روی دلارام را

عذر تقسیر حدمت و موجب اختیار غلت

تقسیر و تقاعدي که در مواظبت حذفت باش کاه
 خداوندي میروند بنا بر انست که طائمه حکما هند
 در فضیلت بزرگ‌جهر سخن میگفتد اخر جز این
 عیش ندانستند که در سخن کفتن بطيست تعیی
 در زنگ بسیار میگند مستمع بسی منتظر باید
 تا وی تقریر سخن کند بزرگ‌جهر بشنید وقتی
 آن دیشه کردن که چه کویم به اسر پیشمانی خوردن
 چرا کفتم

مشتوبی سخن‌دان پروردۀ پیر کهن
 بیندیشد آنکه بکوید سخن
 من بنی تمام بگفتار دم
 نکو کوی وردیس کوی چه غم
 بیندیش

P R A E F A T I O.

31

Singulare Dei munus est , quando benevolentia
conditoris universi ,
Singularem præfecerit servum communī morta-
lium rei.

Æternam sibi acquisivit gloriam, qui bonum sibi
fuscitavit nomen.

Illo enim defuncto, bona memoria nomen ipsius
immortale præstat.

Parum refert, te laudaverint, an non laudaverint
sapientes :

Vultus enim formosus non indiget ornatrice
(aut purpurisso.)

Excusatio officii parcus præstiti ,
causaque delectæ solitudinis.

Quod frequentandæ Magnatis aulæ officio de-
esse & solitudinis secessum præferre cœperim,
ratio in hoc est posita. Quod sapientes Indorum
magnæ Busurschumhuri virtuti objecerunt ; nul-
lum aliud in illo vitium damnantes , nisi quod ser-
mone tardus esset, sive multum cunctaretur, audi-
toremque diu attendere oporteret , ut verbo-
rum illius argumentum caperet. Busurschumhur
hoc audito ait: meditari, quid dicturus sim præstat,
quam ut postea pœnitentiæ , quare hoc dixerim ,
tædia concoquam?

Verborum momenta sciens expertusque senex ,
Primum meditatur, deinde verbum loquitur.
Inconsiderate verbum ne effundito:
Bene dicio : etsi tarde dixeris, nihil refert.

Consi-

بیندیش و آنکه بر او ننفس
 وزان پیش بس کن که کویند بس
 بنطق ادمی بهترست از دواب
 دواب از تو به کر نکوی صواب
 فکیو در تظر اعیان خداوندی غر نصره که جمع
 اهل دلست و مرکز علمای متبحّر اگر در سیاق
 سخن دلیری کنم شوخی کرده باشم وبصاعط
 مرجات بحضرت عزیز اورده و شبّه در بازار
 جوهریان جوی نیارد و چراغ پیش افتاد پرتوی.
 ندارد مناره بلند در دامن کوه الوند نماید پست
 مشتوفی هر که کردن بدعاوی افراد زد
 دشمن از هر طرف بد و قائد
 خویشتن را بکردن انداد زد
 سعدی کافتاده است از آنده
 کس نیاید بجنگ افتاده
 اول اندیشه و آنکه ی کفتار
 پای پست امدست پس دیوار
 نخل بندم ولی نه در بستان
 شاهدم من ولی نه در کنعان
 لقمان حکیم را کفتند حکمت از که اموختی
 کفت

Considerato primum, dein dico.

Sermonemque finias, antequam quisquam dicat, ohe jam satis est.

Oratione homo præstantior est mutis animalibus.

Animal præstantius est te, nisi bonum dixeris:

Præcipue vero in conspectu procerum principis, ad quem cordati frequentes confluunt, cum sapientissimorum sit centrum. Quibus præsentibus, si sermone profuso me virum præstitero, procacitatis & impudentiæ crimen admisero, levisque pretii merces^r Principi tulero; vilisque petra in gemmariorum foro, ne hordeaceum quidem valet granum. Faxque Soli splendenti apposita nihil luminis fundit, altissimaque turris Elvendi^q montis radici (ad-structa,) humilis cernitur.

Quicunque caput ambitu ostentationeque extollit;

Hostis undequaque in illum impetum facit

Atque seipsum in proprium caput præcipitem dat.

Saadus autem qui jam cecidit, liber est,

Nemo enim cum illo, qui cecidit, bellum gerere velit.

Primum meditatio, postea verba:

Fundamentum enim muro præmittitur.

Ego flores quidem compono, sed non in horto.

Formosus quoque sum, sed non in Canaanæ.

Sapientem rogarunt Locmannum, dicentes: sa-

کفت ائمہ نایینایان که تا جای نیینند پایی فنهند قدم
الخروج قبل الولوج *

مصارع مردیت بیان مردی و آنکه غریب کن *

نظم کرچه شاطر بود خرس بجنگ *

چه غریب پیش باز رویین چنگ *

کریه شیر است در کرفتن موش *

لیک موش است در مصاف پلنگ *

اما باعتماد و سعی اخلاق بزرگان که عوایس
مرد سنان بیوشند در افشای جرم کهران نکوشند

کله چند بر سبیل اختصار از نوادر و آثار و حکایات

واشعار و سیر ملوك ماضی درین کتاب درج
کردیم و برخی از عمر کرامایه برس و خرج موجب
تصنیف کتاب کلستان این بود وبالله التوفیق *

قطعه بیاند سالها این نظم و ترتیب *

غرض هر ذر خاک افتاده جایی *

غرض نقشیست کز ما باز ماند *

که هستی هر یه بینم بقایی *

مکر صاحب دلی مروی بر جمی *

کند در کام درویشان دعایی *

امان نظر در ترتیب کتاب و تذهیب ابواب

ایمان

pientiam unde didicisti? Respondit: A cœcis,
qui nisi solum tactu exploraverint, pedem non po-
nunt. Primum de exitu, quam de ingressu cogitato.

Primum virum te esse probato, deinde uxorem
ducito.

Etsi acer sit (cum gallo) in certamine gallus:

Quomodo tamen feriat accipitrem ferreis
uncis armatum.

Felis Leo est in capiendo mure.

Sed mus est in certamine tigris.

Amplis vero subnixus magnatum virtutibus,
qui humilium vitia tegere solent, atque in retegen-
dis minorum nævis nullum studium ponunt. pau-
cula quædam via breviori, ex rebus rarioribus me-
moria dignis, gravibus sententiis, historiis, carmi-
nibus, priscorumque regum institutis, hoc libro
contraximus, aliquamque pretiosæ vitæ partem
huic insumsimus. Causa componendi libri hujus
R O S A R I I hæc fuit, Deus vero maximus opem
ferat.

Multos annos restabit hic codex, hocque scri-
ptum,

Postquam (putrefacti) corporis nostri quivis
pulvisculus in locum suum fuerit missus.

Studium hoc est, ut nostri in hoc orbe aliquod
extet monumentum.

Hoc enim corpus nostrum perennare posse
minimè video.

Atque utinam quondam cordatus aliquis mise-
ricordiâ motus

Miserorum rem memoriamque piis precibus
bonisque omnibus prosequatur.

Exquisitum diligentiae studium in componendo

ای جان سخن مصلحت دید تا مرایین مروضه و رعنای
و حدیقه غلبا چون بهشت بهشت باب اتفاق اقتاد
انزین سبب که مختصر امد تا بلالت نینجامد

باب اول در سیرت پادشاهان

باب دوم در اخلاق در ویشان

باب سیوم در فضیلت قناعت

باب چهارم در فواید خاموشی

باب پنجم در عشق وجوانی

باب ششم در ضعف و پیری

باب هفتم در قاتیر تربیت

باب هشتم در ادب صحبت

قاصیخ کتاب

در آن مدت که مرا وقت خوش بود

فرهجرت ششصد و پنجاه و شش بود

مراد ما نصیحت بود کفتیم

حوالت با خدا کردیم و رفتیم

کلستان

libro , limandisque illius capitibus ; styli brevitatem imprimis affectavit , adeo , ut Rosarium hoc splendidissimum , hortusque admirabilis , perinde ac paradysus octo portis fuerit constitutus , folius brevitatis studio , ne studiosis obrepente tædio pa-
rum lubentibus perlegatur .

Caput Primum DE MORIBVS REGVM.

Caput Secundum DE MORIBVS RE-
LIGIOSORVM.

Caput Tertium DE CONTINENTIÆ
PRÆSTANTIA.

Caput Quartum DE SILENTII
COMMODIS.

Caput Quintum DE AMORE ET
IVVENTVTE.

Caput Sextum DE IMBECILLI-
TATE ET SENECTVTE.

Caput Septimum DE DISCIPLINA-
RVM INSTITVTIONE.

Caput Octavum DE CONVERSANDI
VIRTVTIBVS.

Tempus, quo conscriptum est ROSARIUM.

Illo tempore , quando mihi otium esset ,
A fuga vatis annus sexcentesimus quinque-
simus sextus erat .

Studium nostrum fuit bona consilia tradere ,
quæ diximus .

Te Deo commisimus , atque discessimus .

كُلِسْتَانٌ

بَابُ أَوَّلٍ

دَرْ سِيرَتِ مُلُوكٍ

حَكَايَاتٍ

شَاهِي رَأْ شِنِيدَمْ كَهْ بَكْشَتَنْ أَسِيرِي
 Dolas frans. 2.
 auxilium. facultas, ratio.
 اشْاهِرَتِ كَرْد بِچَاهَرَة دَرَانْ حَالَتِ نُوْمِيدِي
 Convitum, oppro.
 بَرْ زَانِي كَهْ دَاشَتِ مَلِكِرَلْ دَشَانْ دَادَنْ
 شَرْقَتِ كَهْ كَفَتَهَ آندَ



هَرَ كَهْ دَسَتِ لَهْ جَانِ بِشُو يَدَ

هَرْجَهَ دَرْ دَلْ دَارَدِ بِکُو يَدَ

بَيْتِ آیَا يَئَسِ الْإِنْسَانِ طَالِ لِسَانَهُ

كَسِنُورِ مَغْلُوبِ يَصْوُلُ عَلَيِ الْكَلْبِ

بَيْتِ وَقْتِ صَرُورَتِ حُوْمَانَدِ كَرِيزَ

دَسَتِ بِكَيْرَنِ سَرِ شَمَشِيرِ تَيْزَ

مَلِكِ پِرِسِيدِ كَهْ چَه مَكْوِيدِ يَكِي آنِ وَزَرَايِ نَيَاكِ

حَضَرِ كَفَتِ آيِ خَدَاونِدِ مَيْكُو يَدِ كَهْ وَالْكَاظِمِينِ الغَيْظِ

وَالْعَافِينِ عَنِ النَّاسِ وَاللهِ يَخْبَطُ الْمَحَسِنِينِ

مَلِكِهِ رَأْ وَرَحْمَمِ آمدِ وَانِ سَرِ خَوَانِ او دَرِ كَذَشَتِ

وَزَرِسِ دِيَكَرِ كَهْ حَنَدَ او بَودَ كَفَتِ ابْنَاءِي جَنْسِهِ رَأْ

نَشَادِيَدِ كَهْ دَرِ خَصَرَتِ پَادِ شَاهَانِ جَرِ بِرَاسِيِ سَخْنِ

كَفَتَنِ

خُورَنِ

R O S A R I I³¹

C A P V T P R I M V M

De Moribus Regum.

H I S T O R I A.

R

Egem quendam fuisse, audivi, qui captivum interficere, signum dederat; miser ille, salutis spe egenus, lingua, quam callebat, regem conviciis proscindere cœpit: prout dici solet.

Quicunque manum ab anima eluit;
Quicquid in animo habet effundit.

Cum quis desperaverit, lingua illius tumescit:
Perinde ut felis superata canem infestat.

Duris temporibus, cum non reliquus fuerit
fugæ locus,

Manus prehendit aciem acuti acinacis.

Regi, quid ille dixisset, roganti, quidam purpatorum ingenio comis atque benignus inquit.

O Rex, dixit miser ille. Paradyfus est illorum,
qui iræ moderantur & mortalibus ignoscunt:
(Quibus verborum velis, tuum ô Rex miserationis
میس میشود که مال مدن کی دارند و جامه پاک و عرض
مծون و دل فارغ و قوت طاعت نر لقمه لطیفست و محبت
عبادت نس کشته نظیف پید آست که از معده خالی چه
قوت اید و از دست تهی چه مروت و از پایی بسته چه
سیر آید و از شکم کرسنه چه خیر
قطعه شب پر اکنده خسید ان
که پید نبود و چه بامداد آن ش
موم گرد او زده بتاستان
قا فراغت بون خستانش

فراغت

fuere hominis verba , proinde dixi : O socie , Di-
vites pauperum sunt redditus , in angulo desiden-
tium annona , peregrinantium desiderium , viato-
rum hospitium , qui grave pauperum onus susci-
piunt , ut pauperes ipsi respirent , atque tum pri-
mum ad cibum sumendum manum extendunt ,
cum clientes , sibiique subjecti comedent , exi-
miaque ipsorum benignitas viduis , senibus , propin-
quis atque vicinis collata fuerit .

Divitum sunt legata , vota , epulæ ,
Quinquagesimæ, strenæ, servorum manu-
missio, munera, atque victimæ.

Tu quandonam istam potentiam attigeris, qui nihil aliud potes,

Nisi bis^{*} genua in oratione flectere, &
hoc quidem centenis fastidiis?

Sive liberalitatis facultatem , sive precum spectaveris copiam , illa ditioribus longe sunt facilissima , qui opes habent illibatas , quinquagesimisque castigatas , vestes nitidas , mores attemperatos , animum curis defæcatum: Obsequii enim vis in bonis consistit buccellis , cultusque veritas in nitidis vestibus. Ab inani enim ventriculo quænam vis ? A manu inopi quænam liberalitas ? A pede ligato , quænam inambulatio ? Atque ab homine famelico , quodnam beneficium ?

Diram noctu quietem habet ille ,
Cujus proximi diei reditus incerti fue-
Formica æstate colligit ; (rint :
Vt hyberno tempore otiali possit.

فراغت بافته نمیوند و جمعیت در تنک دستی *reflexa* عشا،
صورت بنده بکی تحرمه عشا بسته و دیگری *coena* عشا،
منظر غشا بسته هر کر این بدان کی
ماند.

بیت خداوند روزگاری بخود مشغول
پرآنده روزگاری پرآنده دل

پس عبادت اینان بحال قبول نزدیگتر است که
جمعند و حاضر نه پریشان و پرآنده خاطر که
اسباب معيشت ساخته و باوران عبادت *etiam peccati et deinde determinata pars lectionis litterariorum*
پرآخته عرب کوید آعوف بالله من الفقر المکب وجاورة من لا احبت ودر خبرست الفقر سوان
الوجه في الدارين كفتا نشند که پیغمبر عليه
السلام كفت الفقر فخری گفتم خاموش که اشارت
خواجه عالم بقدر طایفة ایست که مردان میدان
مرضاند و تسليم تیر قضا نه اینان که خرقه ابرار پوشند
ولقمة ادرار فروشنند

ربای ای طبل بلند بانک در باطن هیچ
پی توشه چه تذمیر کنی وقت پسیچ
مردی طمع از خلوه پسیچ ای مردی
قسیچ هزار دانه پسر دست مپسیچ
در پیش

Otium in paupertate non datur , animusque compositus in egestate confistere nequit. Si enim quis preces vespertinas fuerit orsus , alius vero de vespertino cibo sit sollicitus , num hic illi comparari potest ?

Opes qui possidet , divino cultui (animo) studet ,

Ille vero , qui fortunæ angustiis laborat , animi angustias habet.

Proinde divitum cultus propior est , ut à Deo audiatur & gratus habeatur , quia animo sunt compoſito & præſenti , non distracto & inquieto ; res enim vitæ ſuſtentandæ neceſſarias , disposuerunt , precesque ad cultum divinum pertinentes , digeſſerunt. Arabs inquit : Deus nos ſervet à pauperie extrema , (quæ hominis oculos in terram deprimit,) atque à vicinitate illius , quem non amavero. Atque in traditione vatis eſt : Pauperies in utroque mundo * eſt vultus nigror. Respondit alter : Nonne audivisti , vatem dixiffe : Paupertas mea eſt gloria. Dixi ego , tace mundi doctor verbis suis pauperie gentem quandam notavit , quæ benevolentiæ divinæ palæſtræ , fatique ſagittæ lubenter ſcribit , omniaque Numini remittit ; non illos , qui piorum habitum geſtant , victumque ab aliis datum revendunt :

O magni ſoni tympanum introrsus vacuum !

Sine viatico quidnam ordinaveris prælii tempore?

Avaritiæ vultum à mortalibus deflectas , fi vir Milleque granorum sphærulas precatorias manibus ne verſes.

دکر ویش بی معرفت نیامد تا فقرش بکفر
آنجامد که کاد الفقر ان یکون کفر نشاید جز
بوجود نعمت بر هنرهرا پوشیدن یا در استخلاص
کرفتاری کوشیدن اینای جنس معاشر برتبه ایشان
که رساند وید علیا بید سفلی چه ماند نبینی که
حق جل وعلا در حکم تنزیل اثر نعمت اهل بهشت
خبر میدهد که اولیاک لهم مزرق معلوم فواکه وهم
مکرمون فی جنّات النعیم تا بدانی که مشغول کاف
از دولت عفاف حروم است و مملک فراغت نریس
نیکین مزرق معلوم *

بیت قشنگان را نماید آندر خواب *
همه عالم پکشم حشمہ آب *
کجا که ساختی کشیده وتلخی چشیده را بینی خود را
پسره دز کارهای لذتِ آندر توابع آن پیره هیره
و از عقوبت اختر نهراسد و حلال از حرام
فشناسد *

قطعه سکی را کر کلوخی برس برس اید *

خرشادی بز جهان کین استخوانست *

و کر نعشی دو کش بز دوش کشند *

لیم الطبع پندارد که خوانست *

Pauper enim iners non acquiescit, nisi illius pauperies tandem in fidei defectionem definat: Quia pauper proximus est, ut à Religione deficiat: nulla enim alia re, nisi opibus, nudi teguntur, atque captivi vinculis eximuntur; (At) nostri generis homines ad illorum fastigium quisnam evexerit? Atque eminens manus abjectæ manui quomodonam similis est? Nonne vides Deum maximum atque excelsum, in divino Corano de opibus illorum, qui participes sunt Paradisi, in hunc modum pronunciassæ: Illis scilicet opes esse certas, easque opes fructus esse. Ipsosque opibus & beneficiis affici in Paradiſo, deliciis pleno. Ut scias vitæ sustentandæ curis distractum, munditiei decore destitui; opes vero, tranquilli animi causam, sigillo quasi *signatas, & certas omnino facultates esse.

Sitibundorum oculis in somnis
Totus terrarum orbis fons esse videtur.

Vbicunque enim hominem videris, qui miseriam toleraverit, acerbitates devoraverit, comperies, illum avaritia quævis præcipitia tentare, omnisque generis discriminibus haud abstinere, extremi iudicii supplicium non expavescere, licitum ab illicito non distinguere.

Si quis canis caput glebâ tramiserit;
Lætus affilit ossiculum opinatus.
Si duo loculum humeris portaverint;
Vilis apparatam mensam opinatur.

Divi-

باب هفتم در تأثیر تربیت ۴۴۰

اما صاحب دنیا بعین عنایت ملحوظ است
وبحلال از حرام محفوظ من همانا که تأثیر این
سخن نکردم و برهان بیان نیاوردم انصاف از تو
تو قسم دارم هر کز دیدی که دست دعایم بر کنو
بسنته یا بی نوایی در فردان نشسته یا پرده معصومی
در یده یا کفی از معصومیم بر یاده الا دعلت در ویشی *Carpus pericarpium locus*
شیر مردان را حکم ضرورت در نقیبها بخرفتاند
وکعبها سُقّته مُحْكَم است که در ویش را نفس امام
مطلوبت کند چون وقت احصانش نباشد بعصیان
مبتلا کرده که بطن و فرج توامانند یعنی دو فرزند
یک شکمند ما دام که این برخاست آن بر پاست
شنیدم که در ویشی باحدث خبیث بخرفتند یا آن که
شرمساری بود بیم سنگساری بود گفت ای مسلمانان
خرندارم که فرن کنم وقتندارم که صبر کنم چه
کنم لارهبانیه فی الاسلام و از جمله مواجب سکون
و جمیعت درون که خداوندان نعمت را است یکی
آن است که هر شب صنفی در بیش کمتر ده و هر
کمتر جوانی اثر سر که صبح تابران را دست از صباحت
او بیش دلست و سرو خرامان را پایی خجالت
دز کل

Divites vero clementi Dei oculo respecti , lictarum opum beneficio ab illicitis sunt conservati : ego his verbis meis nondum enarratis , neque dictorum argumentis in medium allatis , inquio : Te humani juris non immemorem spero : (Sed audi quæso ,) nunquid proditorem aliquem revinctis manibus vidisti , aut inopem aliquem in carcerem conjectum , aut honorem innocentis alijus viri prostitutum ; aut manum brachio præcisam , nisi ob paupertatem ? Viri enim fortes , egestate urgente , in perfodiendis latrocinii causa parietibus comprehensi , compedibusque vulnerati cernuntur : ratioque concedit , ut pauperis alijus affectus in vetitum nitatur , ipseque , si tempe rare libidini nequeat ; scelere polluatur : Venter enim & Venus sunt gemelli , unius scilicet corporis fratres , alter dum decumbit , altera stimulat . Audivi ego , pauperem quendam in libidinis flagitio comprehensum fuisse , præter quam quod pudore suffusus , anxiò etiam , ne lapidibus obrueretur , metu perculsus infit : O Muham medani ! aurum non habeo , ut uxorem ducam ; neque eam virtutem , ut continentiam colam : Quid itaque agam , dum cælibatus in Muhammedana ^{*} religione non habetur ? Atque ex omnibus tranquilli compositique divitum animi causis , hæc una est , quod quavis nocte delicium aliquod in sinu amplectantur : singulisque diebus quasi novam juventutem induant , adeo ut coruscans aurora præ nimia divitis pulchritudine eum veneretur : mobilis que cupressi ^{*} pes præ pudore se in humum demergat.

K k k

Cruo

باب هفتم در قاییس قریبیت

بیت بخون عزیزان فرو برد، چنکه

سر از کشتهها گرد، عذاب مردکه

حالست که با وجود حسن طلعت او گرد مناهی
گردند و یا قصد تباہی کنند

بیت دلی که حور بهشتی مربود و یغما کرد
کی التفات کند بر بستان یغمایی

بیت من کان بین یاریه ما اشتهی ارطب
یغنهه ذلک عن رجم العناقید

اغلب تهی دستان دامن عضمیت بمعصیت الائمه
و گرسنگان نان ریانند

بیت چون سلک در زده کوشت یافت
نیرسد کین شتر صالحست یا خرد جلال
بسیار مستوران بعلت درویشی در عین فساد
افتد و اند و عرض و دین گرامی بیان
داده اند

بیت با گرسنگی وقت پرهیز نمایند
افلان عنان اثر خویی بستانه

حالی که من این سخن بکفتم عنان طاقت درویش
آخر دست تحمل برفت و تیغ غربان برکشید و اسب
قضایت در میدان و قاحت جهانید و بر من
دوانید

CAP. VII. DE DISC. & BON. MOR. INST. 443

Cruore * amantium, unguis tinxit ;
Digitorumque extrema sanguineo colore * af-
perficit.

Fieri quippe nequit, ut divites sorte adeo beni-
gna felices , vitiorum vestigia terant , aut sceleri-
bus studeant.

Animus, qui Paradisi * virgines rapuerit atque
abstulerit ;

Quandonam blandietur hujus mundi formo-
sis ?

Si quis stimulante ventriculo recentes dacty-
los ante se habuerit ;

Hoc ipsum facit, ne pendulos in palma dacty-
los saxis petat.

Plerumque inopes innocentem & illibata-
tum sinum criminibus polluunt, famelique
panem raptant.

Rapax canis carnem modo invenerit ;

Non rogit , utrum Salichi, * camelus , an vero
Dischalis sit asinus ?

Multi viri vitae temperatae, paupertatis causa in
scelera ruerunt , suum honorem , sanctamque re-
ligionem infamiæ vento dederunt.

In fame non restat temperantiae virtus ,

Paupertasque (continentiae) habenas pietatis
manui eripit.

Hæc dum ego dixi , ecce patientiae habenis ex
pauperis tolerantiae manu excussis , linguæ ensem
strinxit , contumeliæque equum in impudentiae
campum egit, atque in me impulit, inquiens : Tan-
tis equidem laudibus illos extulisti, tamque inania
K k k 2 ipso-

دوانیه و چنگ حندان مبالغه در وصف ایشان کردی
 و سخنهای در ایشان کفتی که وهم تصور کند که نزه
 فاقد املا تسریافند و با کلید خزینه ارزاق
 کوئی متنکبر و مغز و معاذب نغور و مستغل مال
 و نعمت هفتتن جاه و شروت سخن نکویند الا
 بسفا هفت و نظر نکشد الا بگراهن علام را بگایی
 منسوب کند و فقر ارا بی سر و پای معیوب کردن آنها
 بغر و مالی که دارند و عرت جاهی که پندارند بمردم از
 همه نشینند و خود را بهتر از همه بینند نه از در
 سر دارند که بکسی سر بردارند بخسر از قول
 حکما که کفته اند هر که بطاعت از دیگران کم است
 و بنعمت پیش بصورت توانگرست و بمعنی در ویش
 بیت **کُرْ بِي هَرْ بَلْ كَنْدَ رَكْسَرْ بَرْ حَكِيمْ**
 کون خرس شمار اثر کاو عنبر است
 هفتمند ایشان مرو مدار که خداوندان کرمند
 کفت خطأ کفتی که بند دارمند چه فاده که ایش
 اذارند و بکسی نمی بازند و چشمها افتادند و بکسی
 نمی تابند و بکسی مركب استطاعت سوارند و نمی رانند
 قدیمی بکسر خدا ننهند و درمی بی من و اندی ندهند
 و مالی بمشت فراهم اورند و بخست نکه دارند
 و بکسر ق

ipsorum gratia verba fecisti, ut opinio sibi facile persuadeat, illos esse veneni paupertatis pharmacum, aut ærarii (erogandarum) opum clavem.

Sunt autem turba quædam elevata, superba, tumida, mortalium pertæsa, insatiabili auri, illecebatarumque studio flagrans, dignitati & rerum arbitrio totis viribus incumbens; verbum non fecerint, nisi vanum: neminem aspexerint, nisi vultu tristi & supercilioso. Sapientes mendicos appellant: Pauperes tanquam homines sine capite pedibusque vituperant: Solo divitiarum, quas tēnent, fastu; atque dignitatis, cuius superba opinione tument, fastigio. Primo omnium loco accumbunt, sibique cæteris mortalibus longe meliores videntur; illud minime ad animum revocant, ut scilicet alicujus gratia caput elevent: Ignari Sapientum sententiæ, quæ ita habet: **Quicunque pietate est cæteris minor, opibus vero major, specie quidem dives, reapse vero pauper est.**

Iners, qui opum fastu se Sapienti prætulerit;

Illum asini nates æstimato, et si bos * Ambyæ fuerit.

Dixi ego: Illos vituperare noli, quia sunt Domini benevolentiae pleni. Respondit ille: Erras longe: ipsi enim auri sunt mancipia; sed cui bono; et si Martii mensis nubes sint; super neminem tamen pluviam effundunt: Etsi Solis sint orbis, neminem tamen radiis suis collustrant: potentiaeque equo insident, cursum tamen non faciunt, (sive nulli beneficiunt.) Dei amore ne pedem quidem vestigio movent; ne unum quidem teruncium sine exprobratione & murmure dant. Opes immenso labore congerunt, per avaritiam defodiunt; ipsique inopes cum

باب هفتم در قایقرانی تر بیت 446

و بحسرت بکن از زد و حکما کفته اند سیم خیل وقتی

از خاک بر آید ده وی بخاک مرود

بیت بر زنج و سعی کسی نعمتی بچنگ ارد

دکر کس آید و بی زنج و سعی برد امر

کفتم بر بخل خداوندان وقوف نیافتنه الا بعلت

کدای و رنه هر که طمع یکسو نهد کریم و بخیلش

یکسان نماید مخایل داند که زر چیست و گذا داند

که مهمنی کیست کفتا بتجریه ان می کویم که متعلقان

بر در بد امرند و غلیظان شاد امر بر کمارند تا باز

عزمیزان ندهند و دست بر سینه صاحب تمیزان

فهمند و کویند که کس در سرای نیست و بحقیقت

راست کفته باشند

بیت از امر که عقل و همت و تدبیر و رای نیست

خوش کفت پرده دار که کس در سرای

نیست

کفتم بعد از که از دست متوقعان بجان امده اند و از

رقعه کدایان ببغان و محال عقلست که اکر ریک بیابان

در شوئ چشم گذایان برس نشود

بیت دیده اهل طمع بنعمت دنیا

بر نشود همچنان که چاه بشینم

حاتم

CAP. VII. DE DISC. & BON. MOR. INST. 447

penuria vitam transfigunt: Sapientes (vere) dixerunt:
Avari argentum tum temporis ex humo in
lucem prodit , quando ipse in humum abit.

Alius magno labore nisuque opes acquirit :

Alius quispiam venit , easque sine labore nisu-
que aufert.

Respondi ego : Magnatum tenacitatem non co-
gnovisti , nisi mendicando: alioquin quisquis avari-
tiā & habendi cupidinem exuerit , illi liberalis
tenaxque pares videntur. Lapis Lydius , quid sit
aurum ; mendicus vero , quis sit tenax , dignoscit.
Respondit ille : Hoc quidem expertus dico , di-
vites asseclas suos in foribus suis statuere , ma-
gnisque virorum roboribus committere , ne doctis ,
piisque viris aditus copiam faciant , manuque pru-
dentiorum pectoribus injecta , dicant : Domi nemo
homo est. Atque si verum fateri licet , verissime
dixere.

In eum , qui ingenio , benevolentia , con-
filio atque prudentia destituitur ,
Verissima sunt janitoris verba ; Domi
nemo est.

Respondi ego : Hoc utique divitum factum ex-
cusari potest , quia multitudine illorum , qui bene-
ficia expetunt , fatigantur ; mendicorumque libel-
lis ad animi dolores usque exagitantur. Ratio hoc
certo statuit : Etsi solitudinis arena in uniones fue-
rit versa ; mendicorum tamen oculos expleri non
posse. (pibus ;

Avarorum oculi mundanis non expletur o-
Perinde ut puteus non oppletur rore.

Ha-

حاتم طای که بیابان نشین بود از ده شهر
بودی از جوش کداین بیچاره کشتی و جامه بس
تن او پاره هست
کفتا من بر حال ایشان مرحمت میبرم کفتم ذه که
بر حال ایشان حسرت میخوری ما درین کفترم
وهر دو بهم کرقتار بیدقی که براندی بدفع آن
بکوشیده وهر شاهی که بخواندی بفرزین بپوشیده
قائد کیسه همت همه در باخت و تیر جعبه بجست

همه بینداخته
قطعه همان تا سپر نیفکنی از جمله فصیحه
کوئرا جزر آن مبالغه مستعار نیست
دین و کز و مغریت که سخن دان سجع کوئی
بر در سلاح دارد و کس در حصار نیست
عاقبت الامر دلیلش نهاد دلیلش کردم دست
تعذی در از کرد و بیهوده کفتن اغماز و سنت جاهلانست
که چون بد لیل از خصم فرمادند سلسله خصومت
بجنایت چون از مر بت تراش که بجست با پسر بر
فیامد بجنای برخاست که قال الله تعالی لین لم قتنه
لار بمنای دست نامم داد سقطم کفتم که بیابانم در میه
گر خدا را نش کر قتم
قطعه

CAP. VII. DE DISC. & BON. MOR. INST. 449

Hatemtajus, qui vitam coluit campestrem, si in urbe aliqua habitasset; mendicorum multitudine fessus, ad incitasque redactus, ipse laceras vestes gestare coactus fuisset.

Infit ille: Ego certe divitum vicem doleo. (Sed) respondi ego: Imo vero felicitatis illorum æmulatione stimulisque exederis. Nos dum ita loquimur, verbisque alter alterum infestamus, quemvis peditem, quem ille immittebat, ego acriter repellere studebam; & quotiescumque Regi^m fugam indicebat, ego Reginâ protegebam, ut tandem diligentiae crumenam ære exhauserit, argumentorumque tela pharetra projecerit.

Caveas tu, ne clypeum in facundi certamine projicias;

Ille enim, præter tumidam eloquentiam & mutuo quidem acceptam, nihil habet.

Religioni, scientiæque omnes nervos intendas; magniloquus enim orator

Arma fôribus præfixit, intra castellum vero neminem habet.

Tandem pauper argumentis exhaustus, atque à me convictus, impudentem manum protendere, (me percutere,) contumeliosisque dictis lacera-re coepit, ex more rudibus recepto, qui dum argumentis hostem superare nequeunt, jurgiorum & inimicitiae catenam tendunt: perinde ut Aferⁿ simulacrorum fabricator, qui cum argumentis filium convincere non posset, in certamen surrexit, quemadmodum Deus altissimus ait: Nisi equidem abstinueris, te hodie lapidibus obruam. Ille me iuriis affecit, egoque in ipsum contumelias jeci: ille collare meum laceravit, ego vero barbam ipsius invasi.

باب هفتتم در قایقران بیت ۱۱۵۰
قطعه او در من ومن در و فتاده
خلتو از پی ما دوان و خندان
انکشت تعجب جهانی
از کفت و شنید ما بندان
القصة مرا فعه این سخن پیش قاضی بر دیم و حکومت
عدل راضی شدم تا حاکم مسلمانان مصلحتی بخوید
و در میان تو انگران و در ویشان فرقی بخوید قاضی
چون هیات ما بدید و منطق ما بشنید سر بجیب
تفکر فرو برد و بعد از تأمل بسیار سر ببر او را
وکت ای ان که تو انگران مر ثنا کنی و بر در ویشان
جنا رواند اشتی بدان که هر جا که کلست خارست
و با خمر چماست و بر سر کنیه مار و آنجا که در
شهوارست نهانک مردم خواست لذت عیش دنیا مر
لذت آجل در پست و نعیم بهشت مر دیوار مکار
در پیش بیت جوئی دشمن چه کند خر نکشد طالب دوست
کنیه مار و کل و خار و غم و شادی بهمند
ظر نکنی در بستان که بید مشکست و حب خشک
همچنان در غرمه تو انگران شاکرند و کنور و در حلقة
در ویشان صابرند و خجور بیت

خمار
Crapula.
نبلیس nobilis
مشکلات
Margarita
شکلات

CAP. VII. DE DISC. & BON. MOR. INST. 451

Nos dum alter in alterum involamus,
Populus à tergo accurrens, ridet : (totus orbis
Digitumq; consternationis præ admiratione
Ex dictis nostris auditisque dentibus rodit.

Vt rem paucis complectar, controversiam no-
stram ad judicem detulimus, æquitatisque ipsius
judicio nos submisimus ; ut scilicet Muhammeda-
norum judex causam aliquam excogitaret, discri-
menque inter divites pauperesque pronunciaret.
Iudex conspecta specie hac nostra, auditaque no-
stra oratione, caput meditabundus in togam de-
mittit, postque longas meditationes caput exerens,
inquit : O tu, qui divites laudibus extulisti, pau-
peres vero improbare æquum duxisti; scito : Vbi-
cunque rosa est, esse quoque spinam : At-
que in vino, capit isse dolorem : Vbi the-
saurus defossus est, latere serpentem : Vbi
exquisitus unio, crocodilum hominis vorato-
rem. Blandas hujus mundi illecebras, acer-
bissimum sequitur fatum : Ipsisque Paradisi
deliciis objectus est multorum obstaculorum
murus. (voluerit :

Inimici injuriam ferre debet, qui amico frui
(Quia) defossus thesaurus & serpens; rosa &
spina; mœror atque lætitia conjuncta sunt.

Nonne vides in horto extare * odoratam salicem
& aridum truncum? Eodem modo reperiuntur in-
ter divites pii, qui beneficia à Deo sibi collata a-
gnoscunt, gratesque agunt: & improbi, qui ingra-
tum animum produnt. Sic quoque inter pauperes,
patientia insignes, impatientiaque turpes.

باب هفتم در قاییس قریبیت ۴۵۲

بیت اکر شراله هر قطره در شدی pluvia.

چو خر مهر باز مر آخرو پر شدی dignus, conveniens.

مقریان حضرت حق جل وعلا توانکرانند درویش

سیرت و درویشانند توانکر همت مهین توانکران

انست که غم درویشان بخورد وجهین درویشان

ان که کم توانکران نکیرد قال الله تعالی و من

یتوکل علی الله فهو حسبه پس کروی عتاب

از من بدرویش کرد و گفت ای که کفتی توانکران

مشتغل مناهی اند و مست ملاحتی نعم طایفه چنین

که کفتی هستند قاصر همت و کافر نعمت ببرند

وبنجهند و بخورند وند هند اکر بمثل بازان نبامند

و یا جهان طوفان برآرد باعقاد مکنت خویش

از مختن درویش نیرسند و از خدای تعالی

ترسند

بیت کسر از نیستی دیگری شد هلاک

مرا هست بطهرا ن طوفان چه باک

بیت و راکبات نیاقا في هواه جها

لهم يلتقطن الي من عاص في الكتب

بیت دوفان چو کلیم خویش بیرون برند

گویند چه غم تر همه عالم مرند

قوی

Si quævis roris gutta unio esset,
Perinde ut vilibus lapillis forum oppleretur.

Deo maximo Altissimoque propiores sunt divites, qui moribus pauperes sunt : & pauperes , qui moribus studiisque divites sunt. Divitum princeps est ille , qui pauperum dolores meroresque suscipiat: pauperumque optimus ille, qui divitum nævos non tangat. Deus Altissimus enim dixit: Quicunque in Deo spem atque fiduciam collocaverit, Deus illi satis est. Hinc perstringendi vultu à me in pauperem converso, infit: ô tu, qui divites vitiis intentos, illecebris ludisque ebrios dixisti: profecto, ut dixisti, ejusmodi hominum genus id est : ignavum, virtutisque expers, beneficia , quæ à Deo acceperunt , (grato animo) non agnoscent : opes corradunt, & defodiunt ; comedunt, nemini vero beneficium conferunt; si verbi gratia, pluviam non plueret , aut diluvium orbem inundaret ; suis subnixi opibus , pauperis miseriam nihil morarentur , Deumque Altissimum non pavescerent.

Si alias egestate extictus fuerit ;
Mihi opes sunt, (inquit:) Quidnam anser diluvium metuat?

Multæ feminarum camelis in lecticis suis vechtæ,

Non misertæ sunt ejus, qui arenis * submersus periit.

Abjecti si suum modo stragulum (malis salvum) eripuerint;

Quid refert, inquiunt, si totus orbis interierit.

قویی بسین صفت که بیان کردم و طایفه دیگر
 خوان نعجم نهاده و صلایی کرم دزد آد و ابرو نحو فتوح صعلو
 بتوضیع کشاده طالب فامند و مغفرت و صاحب
 دنیا واخرت چون بند کان حضرت پادشاه عالم
 موئید من عند الله مظفر ومنصور على
 الاعدادي ممالک ارمنیان حامي ثغور الاسلام
 وارث مملک سليمان اعدل ملوك الزمان
 مظفر الدین ابو بکر سعد ادام الله لیا مه
 ونصر اعلامه
 قطعه پدر جای پسر هر کنز این کرم نگند
 که دستت جود تو باخاذان آدم کرد
 خدای خواسته که بر عالم بخشیده
 قرا بر جت خود پادشاه عالم کرد
 قاضی چون سخن بدین پایه میانید و لتر حده
 قیاس ما اسب مبالغه دزد کناریه بمقتضای
 حکم قضا رضای دادیم و لتر ما مصنه در کذستیم
 و بعد از ما جری طریق مدارا گرفتیم و سر بند امری
 بر قدم یکدیگر نهادیم و بوسه بس و کروی
 همدکر دادیم و ختم سخن بدین دو بیت
پود

قطعه

CAP. VII. DE DISC. & BON. MOR. INST. 455

Iudex infit: Est certe hominum genus , iis , quibus exposui,moribus; quin & aliud est,quod mensam facile apparat ; promiscuamque liberalitatem praefstat , oculos non nisi verecundissime aperit , boni nominis,criminumque remissionis cupidum , hujus alteriusque vitæ particeps. Perinde ut sunt ministri hujus Regis orbis terrarum,stabiliti à Deo, qui ope divina adjutus hostes superat , gentium Dominator , qui aperta gentis Muhammedanæ loca ab hostibus defendit , hæres regni Salomonici , omnium hujus ævi Regum æquissimus, Musaffer Eddinus,filius Sadi,Deus maximus vitam illius semper conservet , potentiaeque ipsius signa adjuvet.

Pater filio nunquam istam benevolentiam fecerit ;

Quam liberalis tua manus domesticis fecit.

Deus quippe hujus orbis misereri voluit,
Ideoque singulari misericordia te hujus
orbis Regem constituit.

Iudex cum orationem huc provexisset, nostraque opinione acrius eloquentiæ equum impulisset, potenti fati judicio manus dedimus , interque nos acta invicem remisimus, positis itaque jurgiis, conciliandæ benevolentiæ viam ingressi sumus, studioque caput alter alterius pedi imposuimus , in mutua oscula ruentes , litem duobus his versibus finivimus.

Ne

باب هفتتم در قایقرانیت ۴۵۶

قطعه ممکن نزخردش کیتی شکایت ای درویش

که تیره بختی اگر هم بین فسق مردی

تو انکرا چو دل و دست کامران است هشت

خوار بخش که دنیا و آخرت مردی



کلستان


CAP. VII. DE DISC. & BON. MOR. ISNT. 457

Ne hujus orbis motum iniquitatis incus-
ses, ô pauper ;

Infelicissimus quippe eris, si hoc modo
obieris.

Tu vero, ô dives, dum animus manusque
rerum arbitrium tenet,

Comede & dona liberaliter ; sic hujus
alteriusque vitæ consors fueris.



M m m R O S A -

گلستان

بِالْحَمْدِ لِلّٰهِ الرَّحْمٰنِ الرَّحِيمِ

دُر آدَابِ مُهْبَت

حکایت

اَنْزَلَهُ مَالَ اَسَاسِشُ خَمْرَشَتْ نَهُ عَمْرَشَتْ اَنْزَلَهُ
خَرْدَهُ كَرْفَنَ مَالَ عَاقِبَهُ رَأَيَ پَرْسِيدَمَ نِيَجَبَحَتْ
كِيشَتْ وَبَدَّ بَخَتْ كَهُ كَفَتَهُ نِيَجَبَحَتْ اَنْكَهُ
خُورَدَ وَكَشَتْ وَبَدَّ بَخَتْ اَنْكَهُ مُزَرَّهُ وَهَشَتْ
بَيْتَ مَكْنَنَ مَالَزَرَبَرَ آنَ هِيجَكَشَ كَهُ هِيجَهُ تَكَرْدَهُ
كَهُ عَمْرَهُ دَرَ سَرَ تَحَبِيلَ مَالَ كَرْدَهُ وَخَوْرَدَهُ
خَضْرَتْ مُوسَى عَلَيْهِ السَّلَامُ قَارُونَ رَأَيَصَحَتْ كَرَدَهُ
اَحْسَنَ كَمَا اَحْسَنَ اللَّهُ اِلَيْكُ نَشَنَيَ وَعَاقِبَتِشَ شَنِيدَيَهُ
قَطْعَهُ اَنْكَسَ كَهُ بَدِينَارَ وَدِرَمَ خَيْرَ نِيَنَدَوَخَتْ
سَرَ عَاقِبَتْ اَنْدَرَ سَرَ دِينَارَ وَدِرَمَ كَرَدَهُ
خَواهِي مَتَهَمَ شَوَّيِي اَنْزَلَهُ نَعْمَتَ دِينَارَهُ
بَا خَلْقَ كَرَمَ كَنَّ چَوَ خَدا بَاتَوَ كَرَمَ كَرَدَهُ
عَرَبَ كَوَيدَ جَدَ وَلَا تَمَنَنَ فِيَانَ الْقَائِدَةِ اِلَيْكَ حَارِدَهُ
يَعْنِي بَخَشَ وَاعْطَا دِه وَمَنَتْ مَهَهُ كَهُ فَائِدَهُ آنَ
بَنَتوَ باَنَزَلَهُ كَرَدَهُ

فِنْدُك

R O S A R I I

C A P V T O C T A V V M

De Conversandi Virtutibus.

H I S T O R I A :

Divitiæ mitigandis vitæ humanæ molestiis datæ sunt : non vero vita coacer-
vandis divitiarum cumulis. Pruden-
tem quendam rogarunt: Felix infelix-
que quis sit? Prudens respondit: Felix
est ille, qui comedit & seminavit: Infelix ille,
qui obiit & reliquit. (tis officium præsttit:
^ Vota ne facito pro vilissimo illo, qui nullum pieta-
Qui vitam suam acquirendarum opum studio con-
sumfit, ipseque non comedit.

Divinus ille vir Moses ^b Carunem monuit , in-
quiens ; Benefacito , quemadmodum tibi benefi-
cit Deus. Non obsecutus ille quam miserabilem
habuerit interitum , satis nosti.

Quicunque auro argentoque nullum pie-
tatis officium fecerit ; (studio perdidit.
Ille caput certe suum in auri argenteique
Quod si frui volueris hujus mundi opibus;
Tum mortalibus benefacito , quemadmo-
dum tibi benefecit Deus.

Arabs ait: Liberaliter benefacito : benefi-
cium ne exprobrato , ut beneficii fructus ad
te certo redeat. Hoc est : muneribus donisque
certa, sine exprobratione, ut beneficentia fructum
certo percipias. M m m 2 Be-

باب هشتم در ادب صحبت

460

قطعه درخت گرم هر کجا بینخ کرد

کنست از فلک شاح وبالای او

کر امیدواری گزو برخوری

Serra.it. scalyrum.

بمیت منه آرزو پای او

قطعه شکر خدای کن که موفق شدی بخیر

زانعام فضل او نه معطل کن است

منت منه که خدمت سلطان همی کنی

منت شناس آزو که بخدمت بد است

حکایت دو کس رنج بیهوده بردنند و سعی بی فایده

کردنند یکی از که اند وخت و خوره دیگر ان که امن وخت

ونکردن

مشتوی علم چندانکه پیشتر خوانی

چون عمل دار تو نیست قادانی

نه محقق بود نه دانشمند

چادر پایی براو کتابی چند

آن تهی مغرا چه علم و جسر

که براو هیز و میست یا دفتر

حکایت علم از بھر دین پرورد نیست از بھر دنیا

خوردن

بیت هر که پرهیز و علم و زهد فروخت

خرمنی کردن کردن پاک پس وخت

حکایت

CAP. VIII. DE CONVERS. VIRTUT. 461

Benevolentiae arbor ubicunque radices egerit,
Rami fastigiumque illius ipso coelo altius eva-
dunt. (lius vescaris.

Quod si speras fore , ut aliquando fructibus il-
Exprobratione radici illius securim ne admoveas.
Grates habeto Deo, quod benigne es illustratus:
Quodque te miserum immensa beneficiorum
gratia destitutum non reliquit.

Noli tu gloriari , quod ministerium præ-
stas Regi : (suo dignatur servitio.

Quin gloriam esse existima , quod ille te
Monitum: Duo mortalium genera , inanes labo-
res subeunt , atque in vanum nituntur : Ille , qui
quæstum facit & non comedit : Atque ille ,
qui scientiam discit , & actiones illi consen-
taneas non edit.

Scientiam , quanto magis excolueris ;
Cum sine piis operibus fueris,(tanto ma-
gis) insipiens eris. (doctum evadit

Non enim magnus sapientiae doctor , neque
Quadrupes , aliquot codicibus oneratum.

Illud enim rationis expers neque scit , neque
cognoscit ,

Vtrum ligna, an vero codices bajulet.

Monitum : Scientia tractandæ conservan-
dæque religioni est ; non vero absumentis
hujus mundi opibus.

Quicunque vitæ severitatem,scientiam, sancti-
moniamque mortalibus venditaverit ;
Fruges ille quidem cumulaverit ; sed universas
exussit. M m m 3 Mo-

حکایت عالم فا پر همیز کار خو رست مشعله دار یهندی
ولایهندی

بیت بی فائده هر که عمر در باخت
چیری خیرید و کس بیند باخت
حکایت مملک اثر خردمندان جمال گیرد و دین از
پرهیز کاران کمال یابد پادشاهان بتصیحت خردمندان
حکایت ز که خردمندان بتقریب پادشاهان
قطعه پنجم اگر بشنوی لی پادشاه
در همه نفس به افراد پنده است
خز خردمند مفتر ما عمل
کرچه عمل کار خردمندان نیست

حکایت سه چیز پایی از نماند مل بی تجارت و علم
بی بخت و مملک بی سیاست رحم او ردن بر بدان
سته است بی نیکان و عنو کردن از ظالمان جو رست

بر درویشان
بیت خبیث مرا چو تعهد کنی و بنواری
بدولت تو کنه میکند پابنواری

حکایت بر دوستی پادشاهان اعتماد نتوان کرد و بر
اوای خوش کود کان غریب نباید بود که ان بخیالی متبدل
شون و این بخوابی متغیر کرد

بیت

Monitum: Sapiens temperatae piæque vitæ expers, cæcus est, facem ferens, aliosque illustrans; ipse vero non illustratur.

Quicunque sine fructu vitam consumsit,
Nihil comparavit, aurumque prodegit.

Monitum: Regni decus & claritudo sunt Sapientes. Religionis perfectio, severo vitæ genere innocentes. Reges sapientum magis egent consilio; quam Sapientes Regum confortio.

Hoc meum, ô Rex, si audis consilium, (extat.
In omnibus codicibus hoc nullum præstantius
Nulli nisi Sapienti committas negotium:
Quamvis quidem sapientes rerum molitædiis-
que obnoxii esse nolint.

Monitum: Tria in hac rerum natura stabilia constantiaque esse nequeunt: Divitiæ sine quæstu; Scientia sine controversia; Regnumque sine pœna. Misereri pravorum, bonis est injuriam facere. Nefariisque crimina ignoscere, pauperes est affligere.

Ignobilem si honoraveris atque demulseris;
Sub tuæ potentia umbra crimina admittit:
tuque criminum culpam una feres.

Monitum: Amicitia Regum nulla habenda est fides. Neque suavi puerorum voci superbe nimis confidendum: Illam una suspicio tollit: hanc vero unum somnium mutat.

Rei

بیت معشوق هزار دوست را دل ندهی *

ور می دهی دل خدای بنهی *

حکایت هر ان سری که داری با دوست در
میان منه جه دانی که وقتی دوشمن کرد و هر
گزندی که توانی کردن با دشمن مرسان باشد که
گزندی دوست کرد گزندی که خواهی نهان ماند
باکسی در میان منه اکرچه معتمد بود که هیچکس
بر سر تو مشغیت نباشد *

قطعه خاموش په که ضمیر دل خویش *

باکسی گفتی و گفتن که مخوی *

ای سلیم اب نرس چشم بیند *

که چو پرس شد نتوان بستن جوی *

سخنی در نهان باید گفت *

که بهر آنچمن نشاید گفت *

حکایت دشمنی ضعیف که در طاعت اید

و دوستی نماید مقصود وی جز ان نیست که دشمنی

قوی کردن و گفته اند بر دوستی دوستان اعتماد

نیست تا بتملق دشمنان چه مرسد هر که دشمن

خوچک را حقیر شمارد بدآن ماند که اتش اند کرا

نمهمیل کن امر *

قطعه

Rei mille amicis amatæ animum ne applicato:
Si tamen alicui rei applicare velis, soli Deo
animum applicato.

Monitum: Quidquid arcani habueris, amico ne exponas: quid nosti, annon quondam fortassis inimicus evaserit? Quodvis quoque damnum, quod inimico dare potes, ne dato; fieri enim potest, ut aliquando ex inimico amicus fiat. Secretum quod volueris occultum, nemini etiam si fidissimo exponas, nullus enim tuo secreto teipso faventior est.

Præstat tacere, quam animi secreta.

Alicui detegere, atque, nulli dicito, monere.

O bone vir, aqua in fontis obstruenda est principio.

Cum vero mole intumuerit, tum flumen obstrui nequit.

Verbum aliquod in occulto dici non decet,

Quod in quovis hominum confluxu dici non licet.

Monitum: Impotens hostis, qui accepto tuo imperio, amicitiam tibi monstraverit, nihil aliud querit, nisi ut inamicitiam pertinacius exerceat: Adagiumque habet: Non fidendum esse amicitiae amicorum. Quid itaque de blanda inamicorum adulazione expectandum erit? Quicunque inimicum parvum existimat invalidum, similis est illi, qui exiguum incendium securius negligit.

Cap. VII. هشتم در آداب صحبت T.V.T. 466

قطعه امروز بکش که میتوان کشتا لوله ده

چنانچه چو بگذند شد جهان سوخت

سکن از که بگذند کمازرا که
دوشمن چو بقیئ میتوان دوخت دوشمن
حکایت سخن در میان دو دشمن چنان که که
آخر دوست شوند شرم نرده نیاشی آخر
مشنوی میان دو کس جنگ چون اتشست مشنوی

سخن چین بگخت هیرم کشت کشت
گند این وان خوش دگز بازه دل وی
میان دو تن اتش افروختن میان

مه عقلست خود در میان سوختن مه
قطعه در سخن با وستان اهسته پاش قطعه

نمایند از دشمن خونخوار گوش نمایند
پیش دیوار آچه کوی هوش دار پیش
تا نیاشد دتر پیش دیوار گوش تا نیاشد
حکایت هر که با دشمنان دوستان خود صلح کند حکایت
سر از مر دوستان دارد سر از مر
بست پشوی ای خردمند اثر ان دوست دست بست
که با دشمنان بود همانشست که با دشمنان
حکایت حکایت

CAP. VIII. DE CONVERS. VIRTUT. 467

Hodie extinguis, dum extinguere potes:
Ignis enim cum in flammarum surrexerit, mun-
dum pervastat.

Ne permittas, ut arcum suum tendat
Hostis, dum sagitta illum transfodere possit.

Monitum: Orationem inter duos inimicos
ita instituas, ne, redintegrata forte amicitia,
tibi pudori sis.

Inter duos inimicos perinde se habet similitas,
ut incendium:

Vilisque auditorum delator, similis est illi, qui
ligna incendio apportat.

Inimicus uterque si denuo amicitiam fecerint;
Ille in medio contemptus atque derisus desti-
tuitur.

Inter duos enim inimiciæ ignem excitare;
Seipsumque in medio exurere, mera dementia
est.

Sermonem cum amicis habeto submissum;
Ne hostis sanguinolentus arrectis auribus con-
suum tuum percipiat.

Quæcunque ante parietem dixeris, primum
dispicito;

Ne forte pone parietem, auris aliqua attendat.

Monitum: Quicunque cum amicorum suo-
rum hostibus amicitiam facit, amicos offendere studet.

Tu, ô prudens, manum ab ejusmodi amico
eluas;

Qui cum hostibus tuis consortium atque com-
mercium colit.

حکایت چون در امضا^ی کار مترد باشی ان طرف اختیار کن که رازابی قر براید

بیت با مردم سهل کوی دشوار مگویی
با آنکه در صلح نزند جنگ مجویی
حکایت تا کار بزر می اید جان در خطر افکندن
نشاید

بیت چو دست اثر همه حیلی^{تی} در گستت
حلالست بردن بشمشیر دست

حکایت بس عجز دشمن رحمت مکن که اخراج
قادم شود نکند

بیت دشمن چوبینی ناتوان لاف از بروت خود می‌زن^{Mystax} بروت
مغزست در هر استخوان مسرد^{یست} در هر پیره^ن
قطعه هر که بدی^ز را بگشد خلورا از بالای^ب
او بر هاند و او را از عذاب خدای

قطعه پسندیدست بخشایش ولیکن
منه بسیش خلور از هم
ندانست انکه رحمت کرد بسیار
که ان ظلمست بس فرزند آدم

حکایت نصیحت از دشمن پذیر فتن خطاست ولیکن
شنیدن رواست تا خلاف ان کار کنی و ان عین صواب است
مشتري

CAP. VIII. DE CONVERS. VIRTUT. 469

Monitum: Quod si in perficiendo aliquo negotio ambiguus suspensusque fueris; tum illam aggreditor partem, qua(minori offensa) negotium facilius perficitur.

Cum viro placido, sermonisque benigno, iuria ne exerceto; (lum ne sumito.

Atque cum illo, qui pacis portam pulsat, bel-

Monitum: Dum auro agitur negotium, caput periculo casibusque objectare non de-
cet.

Si vero manus tua arte omni destituta fuerit;

Tum quidem manum ferro admoveare licet.

Monitum: Hostis imbecillitati parcere noli: ipse enim si potens foret; tibi non par-
ceret.

Hostem si impotentem videris, mystaces tor-
quendo gloriari noli: (indusio vir est.

In quovis enim osse medulla, atque in quovis

Quicunque improbum interficerit, populum
fraudibus (eripit.

Illius liberat, atque ipsum divino suppicio
Ignoscere laudatum atque virtus est;

Verum vulneri illius, qui mortales vexat, non
inungendum est balsamum sive unguentum.

An nescit ille, qui serpenti facit misericordiam;
Se mortalibus injuriam facere?

Monitum: Consilium hostis sequi, crimen
est. Verum hostem consulere fas est: ut di-
versum facias, atque hoc pius est.

باب هشتم در ادب صحبت

470

مشنوي چنر کن نراچه دشمن تويد آن کن
که برس زانو زني دست تغابن
كرت راهي نماید راست چون تير
ازو برخورد وراه دست چپ گير
حکایت خشم پيش از حد وحشت ارد ولطف بي
وقت هييت ببرد نه چندان درشتی کن که از تو
سيز کردن و نه چندان فري که برس تو دلپس ^{Animosus, au-}
شوند ^{دليز}
مشنوي درشتی و فري بهم در بهشت
چو فاصد که جراح و سرهم نهست
درشتی نگيرد خردمند پيش
نه سستي که ناقص کند قدس خوينش
نه يكمازو تن در مذلت دهد
مشنوي شبانی پايدرس كفت اي خردمند
مرا تعليم ده پيراهه يك پند
بكتنا نيلک هردي کن نه چندان
که تردد چيره ترک تيز دندان
حکمت دو کس دشمن مملک و دیند پادشاه بي
تحلم وزراهد بي علم ^{3. 4.}
بيت

CAP. VIII. DE CONVERS. VIRTUT. 471

Caveas ab hoc, cum hostis dixerit; hoc facito.

Alioquin poenitentiæ manum lugens genibus
inflixeris.

Quod si hostis tibi sagittæ instar, viam rectam
monstraverit;

Tu inde flectas, sinistræque manus viam in-
grediaris.

Monitum: Furor nimius parit odium; ni-
miaque & intempestiva benevolentia auto-
ritatem minuit: Tu neque tantam præ te
feras severitatem, ut mortales te fastidiant:
Neque tanta sis lenitate, ut tibi insultent.

Severitatem benevolentiamque junctas esse
præstat:

Perinde ut Chirurgus, qui venam incidit, un-
guentoque inungit.

Sapiens sibi nimiam severitatem non sumit;
Neque effeminatam lenitatem, ut autoritatem
suum minuat.

Sapiens seipsum non superbe extollit;
Neque è contratio mox seipsum abjectissime
gerit.

Iuvenis quidam patri suo dixit: ô Sapiens,
Vnum mihi senile consilium dato.

Pater infit: Boni viri officium facito; sed non
adeo,

Vt te lupus dentibus acutus superet.

Monitum: Duo & regni & religionis sunt
hostes: Rex sine clementia, Religiosus sine
scientia.

In

CVR. بابل هشتم دل ادب صحبتات ۴۶۴

بیت پسر سر مدلک فیاد آن مدلک فرمان ده

که خدا ام نیوں بند فرمان بُرْنَار*

حکمت پادشاه باید که تا بگذی بر دشمنان خشم

فراند که دوستان را اعتماد نمایند که اتش خشم

اول در خداوند خشم افتد آنکه فرمایه بخشم مرید

یا فرسد*

مشتوى نشاید بني ادم خاکزاد*

که در سر کند بگز و قندی و باد*

قرابچینی کرمی و سرکشی*

نیند ارم از خالی یا نراتشی*

قطعه در خالی بیلگان برسیدم بعادری*

ثغیر مرا بتسبیت از جهل بال کن

لختا در و خود خالی تحمل کن ای فقیه*

یا هر چه خواند همه در مردم خالی کن

نمایه دخوی در دست دشمنی کرفتامست ده

هر کجا که رود از چنان حقوقت او خلاص نیابد

بیت اکر نرست بلا بر فلک رود بد خوی*

خردهست خوی بند خویش در بلا باشد*

پند خو بینی که در پیاه دشمن تفرقه افتاد تو جمیع ناس

واکس جمع شوند از پریشانی اند پشه کن*

قطعه

Lingula,
Flanna.

CAP. VIII. DE CONVERS. VIRTUT. 473

In regni fastigio ne sit Rex, mandataque (aliis)
præscribat ille;

Qui Dei maximi mandata ipse non fecerit.

Moni: Caveat Rex, ne tantum furori suo in
hostem indulgeat, ut illi amici etiam diffi-
dant: quia furoris incendium primum in do-
minum suum ruit, postea fieri potest, ut ejus
scintilla hostem tangat, aut non tangat.

Non decet mortales humo natos;

Vt animo superbiam, ferociam, atque vanita-
tem præsumant. (mi pertinaciam,

Te propter illam ferociam, (invictamque) ani-
Non humo, sed igni natum arbitror.

In Peilacana* provincia virum quendam pium
accessi, (purges.

Et dixi: Meam doctrinâ tuâ ignorantiam ex-

Respondit ille: Wade & , perinde ut humus,
patiens esto, ô sapiens;

Aut omnia tibi lecta humo obruito.

Morale: Pravis moribus corruptus, in ho-
stis cujusdam manu captivus est: quocun-
que iverit, diritatem unguilarum ipsius effu-
gere nequit.

Pravis moribus imbūtus et si supplicium fugi-
turus ipsum coelum conscenderit;

Semper tamen in malorum morum suppicio
hærebit.

Consilium: Hostis tui militem si discordem
dispersumque videris; bono animo esto. Si
vero concordem atque collectum; tibi me-
tuit.

O o o

Ami-

قطعه پرورداد وستان آسود بنشین
چو بینی در میان دشمنان چنک
و کربینی که باهم یاک تریانند
کمانرا نره کن و بزر بامه بزر سئک

قنبیه دشمن چو از همه حیلی در ماند سلسه
دوستی بجنیاند پس آنکه بدوسستی کارها کند که دشمن
تواند کرد

پند سر مار بدست دشمن بگوب که از احدي
الحسينین خالي نباشد اگر این غالب امد مار کشتی
و اگر آن از دشمن رستی

بیت بروز معز که این مشو خصم ضعیف
که معز شیخ برآرد چودل نرجان برداشت

پند خبری که دانی که دلی بیامز مرد تو خاموش باش
قا دیگری بیامرد
بیت بلبل مژده بهادر بیامز
خبر بد بیوم باز نکذار

تحذیر پادشاه را بر خیانت کسی واقع مکردان مکر
آنکه که بر قبول کلی وائق باشی و کرنده در هلالک
خون همی کوشی

بیت

CAP. VIII. DE CONVERS. VIRTUT. 475

Amicos adeas, lætusque confideas;
Cum inter hostes tuos certamen videris.
Si vero illos videris concordes;
Arcum tendas, castelloque saxa imponas.

Monitum: Hostis tentato omnium artium
frustra genere, amicitiae vinculum contrahit:
atque tum sub amicitiae imagine ea agit,
quæ hostis efficere non potuit.

Consilium: Caput serpentis hostis manu
percutito: duorum enim insignium benefi-
ciorum, alterutrum certissimo surget: nam
si hic superaverit, serpentem interfeceris: si
ille, ab hoste liber eris.

Belli tempore, à debili hoste securus ne
estò:

Leonis enim animum exerit, cum despera-
verit.

Consilium: Nuncium, quem alicujus ani-
mum turbare nosti, tu silentio prætereas;
aliusque illum ferat, siñas.

O lucinia, lætum verni temporis nuncium
affer:

Tristem vero nuncium noctuæ relinque.

Cautio: Ne Regi alicujus perfidiam dete-
gas, nisi tum temporis, cum Regem te o-
mnino auditurum certissimus fueris, alio-
quin tibi ipsi perniciem festinas.

باب هشتم در ادب صحبت

476

بیت پسچ سخن گفتن انکه کن پسچ
Propositum firmum. 2.
arma. 3. apparatus & onto
belli.

مطایه هر که نصیحت خود را بی میگند او خود
 بنصیحت دکتری محتاجست

ملاطفه فریب دشمن خود و غروی مذاح خبر که آن
 دام نرق نهاده است و این کام طمع کشاده ام تو را
 ستایش خوش اید چون لاشه که دز کعبیش دی Jalus, astaga.
us, cubus.

قطعه الاتانشنوی مذاح سخن دوی Spiritus, flatus &c.
لذتی
 که اندک مایه نفعی از تو دارم
 آنکه مروزی مرادش بر نیامدی
 دو صد چندان عیوبت بر شمارم
 قربیت متکلم را تا کسی غیر نگیرد سخنیش
 صلاح نمایرد

بیت مشو غرہ بر حسن گفتار خویش
 بتکسین نادان و پندار خویش

ملاطفه همه کس را عقل خود بکمال نماید و فرزند
 خویش بجمال

قطعه یکی جهود و مسلمان نراع میگردد چنان
 که خند کرفت از حدیث ایشانم

بظیره

Apparatum orationis tum facito ,
Cum orationem tuam penetrare sciveris.

Morale: **Quicunque** sciolo consilium de-
derit , ipse alterius consilio eget.

Monitum: Hostis dolum ne admittas , ma-
gnique laudatoris superbam tui prædicatio-
nem pretio ne compares ; ille enim fraudis
laqueum tetendit : hic vero , avaritiæ pala-
tum aperuit. Stolido laudes audire suas per-
gratum est , atque perinde , ut cadaver , à
calce inflatum pinguedinem mentitur, lau-
dum illecebris intumescere solet.

Caveas , blateronis laudes audias :

Qui vile laudum suarum præmium à te sperat.

Ni aliquando animum illius expleveris ;

Ducenta, ut primum laudes, de te vitia narrat.

Disciplina oratoris. Nisi quis (oratoris) vitia
perstrinxerit, oratio ejus nunquam perfecta
erit.

Insolescere noli dictorum tuorum elegantia ,
Approbatione imperiti , atque opinione pro-
priâ.

Sententia : Vnicuique suum perfectum vi-
detur ingenium, atque proprius filius formâ
præclarus.

Quidam Hebræus atque Muhammedanus in
controversiæ jurgia ita exarserant ,
Ut sermone suo risum mihi moverint.

باب هشتم در ادب صحبت

478

بُطِيره کُفت مُسْلَمَانْ خَرَائِنْ قِبَالَةَ مَنْ
درست نیشت خدایا جهود میرانم
جهود کفت بتوئیش میخوام نتوکند
آخر خلاف کنم همچو تو مسلمانم
خر ان بسیط نرمین عقل منعدم خرد
خود گمان نبرد هیچکس که نادانم
مطاییه ده ادی بر سفره بخوند و دو سائی بر جیمه
پسر تبرند حریض باجهانی گرسنه است و قانع
بنانی سیر

بیت مروده تنک بیک نان بهی پسر خرد

تعمت مردی نرمین پیر نکند بیده تنک

بیت پسر چون دوی عمرش منقصنی کشت
مرا این یک نصیحت کرن و بکنست
که شهوت آتشست از روی پر هیش
خود بر آتش دوزخ ممکن تیش

در ان آتش نداری طاقت سورز

بصبر ابی براین آتش نزن امسوز

نصیحت هر که در حال توانای نیکو بی نکند در
وقت ناتوانی سختی بیند

دست

٦٠٥

Muhammedanus ira accensus infit : Quod si
hæc traditio mea

Non fuerit vera ; tum tu, Magne Deus, me Iu-
dæum mori facias.

Iudæus ait ; ego legem sector Mosaicam :
Si falsum dixero ; perinde ut tu, Muhammeda-
nus ero.

Si ingenium ex hoc terrarum orbe esset subla-
tum ;

Nemo tamen se ignarum esse autumaret.

Decem homines in una cibum capiunt
mensa : Duo vero canes de abominabili ca-
davere acriter certant. Avarus si totum ha-
buerit mundum , non satiabitur : qui vero
paucis est contentus , uno pane satiatur.

Angusta viscera fame stimulata uno imple-
tur pane :

Vniverfi vero orbis opes angustum oculum
satiare nequeunt.

Pater meus in vitæ suæ supremis hoc unum mi-
hi dedit consilium & obiit.

Lascivia incendium est , abstineas ;

Te ipsum ne in atrocissimum Tartari ignem
præcipites.

Illius enim incendiæ æstum sustinere ne quis :
Proinde patientiæ aquam huic incendio ho-
die affundas.

Monitum : Quicunque rebus florentibus
non benefecerit, rebus labentibus miseriam
videt.

Infe-

باب هشتم در ادب صحیت

بیت بد آختر قس آن مردم آنرا نیست آختر Stella, astrum
Horophorus.

که در مصیبت کشش یا نیست

حکایت جان در حمایت یک دست بودند و وجودی
میان دو عالم دین بدینا فروشان خرد یوسف بفروشند
قاچه خرد

الله اکهه الیکم یا بني ادم ان لا تعبدوا الشیطان

بیت بقول دشمن پیمان دوست پشکستی پیمان Poecus, arta,
man, sprong.
بیش که آن که بربادی و باکه پیوسی

قتنیه شیطان با خلصان بز نی آید و سلطان
با مغلسان

مثنوی و امش مده آن که بی نمازست
و ز خون دهنده خرافات بازست

کو فرض خدا نی کن امر

آن قرض تو نیش غم ندارد

قطعه خاک مشرق شنیده ام

که کنند بکھل سال کاسه چینی

صد بروزی کنند در بغداد

لا حرم قیمتش همی بینی

قطبه

CAP. VIII. DE CONVERS. VIRTUT. 481

Infelicissimus mortalium est ille, qui mortales
exagitat :

Tempore enim adverso neminem amicum ha-
bet.

Monitum: Animæ salus unus est halitus.
Mundusque ens est inter duo non entia
medium : Religionem mundanis opibus
vendentes, a fini sunt : Iosephum vendunt,
ut nugas emant.

Nonne vos monuit Deus, ô mortales, ne Dia-
bolo serviatis?

Hostis hortatu amici fœdus violasti.

Videas itaque, à quo dissociatus sis, & cui te
junxeris.

Monitum: Diabolus contra probos nihil
potest; neque Rex contra pauperes.

Vers: Illi, qui preces non fundit, ne mutuum de-
deris:

Etsi paupertate etiam os illius apertum fue-
rit.

Ille enim ne præceptum quidem præstat di-
vinum;

Quanto minus de reddendo tibi debito soli-
citus erit?

Audivi, quod ex humo Orientali*;

Quadraginta annis fictilia faciunt.

Sed Bagdadi, vel centum, si velis, uno faciunt
die:

Proinde tam abjecti sunt pretii.

P p p

Pul-

باب هشتم در آداب صحبت 482

قطعه مُرْغَلَكْ اُنْ بِيضَنْه بِسْوَنْ آيَنْ وَرْوَنْرِي طَلْبَه

وَادِيِّي پَكَهْ نَدَارَدْ خَبَرْ اُنْرِ عَقْلْ وَمَيْزَه

آنْ كَهْ نَائِحَه كَسِيِّي كَشَتْ بَجِيرِي فَرَسِيدَه

وَائِنْ بَتِكِينْ وَفَضِيلَتْ بَكَلَشَتْ اُنْرِ هَمَه

چَيْزَه

آبِكِينَه هَمَه جَاهَسَتْ اُنْرِ آنْ قَدْرِش نِيسَتْه

لَعْلْ دُشَوَارْ بَدَسَتْ آيَه اُنْرِ آسَتْ غَرَبَرِشَه

حَكَاهَتْ كَاهِرَه بَصِيرْ بِسْ آيَه وَمَسْتَعِجَلْ بَسْر

دَرِ آيَه

مَثَنَويِي بَكِشَمْ خَوِيشْ دِيدَمْ دَرِ بِيَابَانْ

كَهْ مَرَه اَهَسَتْه بَكَلَشَتْ لَاهِرْ شَتَّالَانْ

سَعْنَدْ بَادِيَاهِي اُنْرِ قَلَه فَرُوْه مَاهَه

شَتَّرْ بَانْ هَمَچَنَانْ (اهَسَتْه) هَيْرَانْ

مَلاطِفَه نَادَانْرِلَه بَهْ اُنْرِ خَامُوشِي نِيسَتْ وَأَكْسَانْ

مَصْلَحَتْ بَدَانَسَتِي نَادَانْ نَبُودِي

قطعه چَونْ نَدَارِي كَهَمَه وَفَضِيلَه لَانْ بَهْ

كَهْ نَرِانْ دَرِ دَهَانْ نَكَهْ دَاهِري

آدِيِّرَانْ بَانْ فَضِيَّه كَنَهْ جَوَرْ بَيِّي مَغَزَرْ كَلْ بَسْتَكَسَارِي

قطعه خَرِيرَه أَبْلَهِي تَعلِيمَه مَنَدَانْ

دَهَرْ وَبَرْ صَرْفَه كَرَهْ عَمَرْ دَاهِيمْ

حَكَاهِي

CAP. VIII. DE CONVERS. VIRTUT. 483

Pullus postquam ex ovo proruperit, illico
quæstum facit;

Infans vero judicii rationisque expers jacet.

Ille, qui ^f subito perfectus esse videbatur, ad
nullam tamen justam & constantem per-
fectionem pertingit.

Hic vero paulatim virtute & præstantiâ supe-
rat omnes.

Vitrum reperitur ubique, ideoque pretium
non habet.

Lalus ^g difficulter acquiritur, ideoque magni-
fit.

Monitum: Negotia quæ paulatim fiunt, citius
(& certius) ad finem perducuntur.

Hisce meis in deserto oculis vidi:

Virum paulatim incedentem superasse prope-
rantem.

Equus velocissimis pedibus cursu deficit;
Camelarius vero paulatim incedendo ad iti-
neris metam pertingit.

Lepidum: Homini imperito nihil silentio
est consultius: quod si sibi consultum intel-
ligeret, imperitus non foret.

Si nulla tibi fuerit virtus atque doctrina, hoc
præstantissimum erit;

Vt linguam intra dentes contineas.

Hominis ingenium prodit lingua: nu-
cunque cassam levitas.

Afinum quendam stolidus sermocinari doce-
bat:

Semperque cum ipso tempus prodigebat.

باب هشتم در ادب صحبت

484

حکیمی کفتیش ای نادان چه کوشی

درین سوئا بترس از لوم لایم سوئا

نیاموزه بهایم از تو کفتار

تو خاموشی بیاموزر از بهایم

مثنوی هر که تاصل نکند در حواب

بیشتر آید سخنش ناصواب

یاسخن آز ای چو مردم بهوش

ما بنشین همه چو بهایم گوش

مطاییه هر که باد افرا از خود بخت کند تا بدانند که
دانست بدانت که مانست

بیت چون در آید به از تویی بسخن

کرچه به دانی اعتراض مکن

لطیفه هر که بیدان نشیند نیکی نیند

مثنوی کر نشیند فرشته بادیو

وحشت آموزه و خیانت و مریق

از بدان نیکویی نیاموزی

نکند کرک پوستین دوگی

مردمانرا عیب نهانی اشکاره مکن که مر لا ایشان ترا

مرسوآ کی و خود را بی اختیار کی

مرسوای قیمتیه

پا پا پا پا

C A P . V I I I . D E C O N V E R S . V I R T U T . 485

Sapiens quidam infit : ô stolide , quorsum niteris ?

